


### Universitätsbibliothek Paderborn

## Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino < Prumiensis > Parisiis, 1671

Incipiunt Secundi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622



REGINONIS LIB. II. Episcopo, quicquid de minoribus & levionbus causis corrigere potest, emendare latagat, ut Pontifex veniens nequaquam in facilionbus negotiis fatigetur, aut ibi immorariamplius necesse sit quam expensa sufficiat. All enim Dominus ad Moylen de hujulmodicooperatoribus: Vt tecum sustentent onus populi, Num. 11. & non tu solus graveris. Et beatus Johannes Baptista adventum Domini præcurrit præd-Matth. 3. cando dicens: Pænitentiam agite & c. Etidem Parate viam Domino. Siquidem Episcopus VIcem Christi agere videtur. Et ideo cum galldio, timore, & fumma reverentia à plebibis sibi subjectis suscipiendus est, utillis cum la de dicatur quod Apostolus discipulis dicit. Tr Gal. 4. stimonium , inquit , vobis perbibeo quod in suscepistis me sicut angelum Dei, sicut Domi num Iesum. De juratoribus synodi. Vnde suprà. Burchard. lib. II. Episcopus in synodo residens, post con-I. C. 91. gruam allocutionem, septem ex plebe iplus parræchiæ. vel eo ampliùs aut minùs, prom ru viderit expedire, maturiores, honestiores, atab que veraciores viros in medio debet evocate, da & allatis sanctorum pigneribus unumquemque illorum tali lacramento constringat. Sacramentum fynodale. Burchard, lib. III. Amodo inantea quicquid nosti, vel I.C. 92. audisti, aut postmodum inquisiturus es, quod ler contra Dei voluntatem & rectam Christianiqu tatem in ista parræchia factum est, aut infudo turum erit, si in diebus tuis evenerit, tantum

po

CC

pi

PIE

in

fa

no

q

Ju fee

m

ve

ho

tat

DE ECCLES. DISCIPLINIS. it ad tuam cognitionem quocunque modo perveniat, si scis aut tibi indicatum fuerit synodalem causam esse & ad ministerium Episcopi pertinere, quod nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter parentelam ullatenus celare debeas Episcopo de Treveris aut ejus Misso, cui hoc inquirere jusserit, quandocunque te ex hoc interrogaverit. Sic te Deus adjuvet & istæ lanctorum reliquiæ.

-1101V

rtagat;

cilion-

ri am-

t. All

di coo-

populi,

1annes

præd-

idem pus vi-

n gau-

ebibus

m lau-

it. To

od its Domi-

à.

A con-

iplus

prou

es, al-

ocare,

quem-

i, vel

91100

tiani-

infu-

ntum

### Reliqui ita jurent.

Istudsacramentum quod iste juravit de synodali causa, quod tu illud observabis, in quantum sapis aut audisti, aut ab hac die in antea inquisiturus es. Sic te Deus adjuvet.

Burchard.


## Allocutio Episcopi.

IV. Videte, fratres, ut Domino reddatis Burchard. juramenta vestra. Non enim homini jurastis, sed Deo creatori vestro. Nos autem, qui ejus ministri sumus, non terrenam substantiam vestram concupiscimus, sed salutem animarum vestrarum requirimus. Cavete ne aliquid abscondatis, & ex alterius peccato vestra fiat damnatio.


ibid. c. 94.

Post hæcita per ordinem interroget.

V. 1. Est in hac parræchia homicida, qui Burchard lib. hominem aut spontanea voluntate, aut cupiditatis aut rapacitatis causa, aut casu, aut nolens, & coactus, aut pro vindicta parentum, quod faidam dicimus, aut in bello, aut justu domini, aut proprium servum occiderit?



DE ECCLES. DISCIPLINIS. 11. Est aliquis qui diabolo impellente sea, qui metiplum occiderit? vuncu-12. Si in bello aliquis homines vulneravit, 3 & nescit si de illo vulnere aliquis perierit, & si Diacoalicui imputatur quod hominem occiderit, & velali. ipse hoc denegat. 13. Si aliquis est in consilio ut homo interm proficiatur, & non est in facto, & tamen per ejus onder confilium & exhortationem interfectus est. baptil. 14. Est aliquis qui truncationes manuum, is inhipedum, linguæ, & testiculorum fecerit, & 1e bapoculos alterius eruerit? partu Deinde interrogandum de adulteriis olunta. & fornicationibus. m fece. 15. Si quis conjugatus cum alterius uxore adulteratus fuerit. Si qua uxor cum alterius cation infan-16. Si quis uxorem habens, concubinam it aut simul habuerit ancillam propriam aut aliam . feminam. uelege 17. Si quis uxorem legitimam dimiserit, & aliamin conjugium acceperit. um va 18. Si qua mulier virum proprium dimiseitas re rit, & alteri se conjunxerit. lalium 19. Si interveniente repudio ab invicem separantur & fic manent. erit ve enera. 20. Si quis absque consensu uxoris, derelictolegitimo conjugio, in monasterium intrat. 21. Si aliquis fuam conjugem, quamvis culm extra pabilem, fine Episcopi judicio relinquit. uæ an-22. Si qua mulier conscio viro suo fornicanflamta fuerit. 23. Si quis uxore carens, cum alterius con-



DEECCLES. DISCIPLINIS. 209 35. Si aliquis inrationabiliter, id est, coner non tranaturam, cum masculis & mutis misceatur femianimalibus. 36. Si qua mulier lenocinium fecerit. rit. n adu-37. Si aliquis in sua domo consentit cum propriis ancillis vel geneciariis suis adulterium duxeperpetrare. De furto & facrilegio. & fib 38. Interrogandum si aliquis fur aut sacrilegus sit, qui Ecclesias Dei infregerit, vel alivirgi-& 10quid de Ecclesia furatus sit, aut publice rapuerit, aut latenter subripuerit, aut aliquis rapax int qu & raptor & deprædator Ecclesiæ Dei est. int. Quamvis enim hæc secundum legem humas vel l nam emendari debeant atque exfolvi, tamen chatus pænitentia ad Episcopum pertinet. n Deo De perjurio. plent, nicatus 39. Interrogandum si aliquis perjurus sit, aut si sciens & pro cupiditate terrena perjuraverit. & sinesciens aut coactus jussus senioris, nillius defunaut pro membris & vita redimenda. aut si quis scienter non solum perjuraverit, sed etiam alios in perjurium induxerit. LIS TION dila-De falso testimonio, ere. chatus 40. Interrogandum si aliquis scienter contta aliquem falsum testimonium protulerit; i, fimi te fulquia hoc capitale crimen est, & quale damnum aliquis per hanc testificationem ha buerit. ineam um es 41. Interrogandum si aliquis hominem liberum, aut servum alterius, aut peregrinum 35. Si

REGINONIS LIB. II. & adventitium furatus fuerit, aut eum blandiendo seduxerit & vendiderit, & extra patriam in captivitatem miserit, aut si aliquis Judæo vel pagano Christianum mancipium vendiderit, aut si ipsi Judæi Christiana mancipia vendant. De incantatoribus & fortilegis. 42. Interrogandum si aliquis magus, hariolus, aut incantator, divinus, aut sortilegus 43. Si aliquis vota ad arbores velad fontes Burchard, lib. vel ad lapides quosdam quasi ad altaria faciat, 10. C. 32. aut ibi candelam seu quodlibet munus deferat, velut ibi quoddam numen fit quod bonuman malum possit inferre. 44. Perserutandum fi aliquis subulcus vel Burchard. lib. I. C.94. S. 43. bubulcus five venator vel ceteri hujufmod & lib. 10. c. dicat diabolica carmina super panem aut her. bas & fuper quædam nefaria ligamenta, & hæc aut in arbore abscondat, aut in bivio aut in trivio proiciat, ut sua animalia liberetà peste & clade, & alterius perdat. que omnia ido Iolatriam esse nulli sideli dubium est. & ideo fummopere funt exterminanda. 45. Perquirendum si aliqua femina sitqua Burchard. lib. 1. 6.94. 5.44. lib. 10. c. 29. per quædam maleficia & incantationes men tes hominum se immurare posse dicat, idell, ut de odio in amorem, aut de amore in odium convertat, aut bona hominum aut damnet aut subripiat. Et si aliqua est quæ se dicatoum dæmonum turba in similitudine mulierum transformata certis noctibus equitare super quasdam bestias & in earum consortio adni-

d

el

la

6

al

CI

fe

fe

ć

21

n

6

DE ECCLES. DISCIPLINIS. meratam esse, hæctalis omnimodis ex parræchia eiciatur.

# Demorticinis & sanguine.

46. Interrogandum si aliquis sanguinem, Burchard lib. morticinum, aut dilaceratum à bestia come- & se 19. dat.

47. Si aliquis per odium ad pacem non revertitur, aut juravit, quod Deo contrarium est, ut fratri nunquam reconcilietur. quod est peccatum ufque ad mortem.

48. Si aliquis bibit de liquore in quo muste. la vel mus five aliquod immundum animal

necatum est.

olan-

a paiquis

pium

man-

, ha-

ilegus

ontes

aciat,

ferat,

ım aut

us vel

fmod

t her-

ta, &

10 aut

tà pe-

ia ido

z ideo

it qua

men-

id elt,

odium

amnet

at cum

ierum

fuper

adnu-

49. Sialiquis jejunium quadragefimale non observat, vel quatuor temporum, sive Letamam majorem vel rogationum, five indidum ab Episcopo jejunium pro quacunque plaga.


50. Si aliquis est qui bibit aut manducat Burchard. lib. aut portat super se quod existimat Dei judi- 10. c. 25.

cium pervertere posse.


51. Si aliquis in Kalendis Januarij aliquid Burchard, lib, fecit quodà paganis inventum est, & dies ob- 10. c. 17. fervat, & Lunam, & menses, & horum effectiva potentia aliquid sperat in melius aut in deterius verti.

52. Si aliquis quodcunque opus inchoans, aliud ibi aliquid dicit, aut quacunque magica arte aliud facit, nisi, ut Apostolus docet, omma in nomine Domini facienda. Neque enim damones in nostro adjutorio debemus invocare, sed Deum. In collectione similiter herbarum medicinalium symbolum & orationem


0 11



DEECCLES. DISCIPLINIS. alienus ut saltim dominica die ad Ecclesiam anihnon veniat. icant 64. Si porcarij & alij pastores dominica die mnu ad Ecclesiam veniant & Missas audiant. Similiter in aliis festis diebus. ynam Ita editio Helmestadiensis & Burchardus lib. 1. cap. 94. §. 63. Codex verò Parisiensis is hoitahabet: Si porcarij --- veniant. Similimanter præcipuis festivitatibus. Codex MS. , &1 monastery Rivipullensis, in quo continentur ccledecreta Eutychiani Pape: Si porcarij & alij paltores dominica die ad Ecclesiam non vecomniant & Missam non audiant. Similiter & id elt, in aliis festivitatibus. i, ni-65. Si aliquis ad confessionem non veniat facer. veluna vice in anno, id est, in capite quadragesima, & pænitentiam pro peccatis suis sulnotus vel in cipiat. ris fa-66. Si quis est qui assiduam ebrietatem se-& ad chatur. Neque enim ebriofi regnum Dei possies ocdebunt. 67. Si aliquis est qui contempto suo Presbynihilo tero in aliam parræchiam venit ad Ecclesiam, aliquis & ibi communicat & suam decimam dat. 68. Inquirendum de mendicis qui per painjun trias discurrunt, & si unusquisque pauperem de familia sua pascat. hono-69. Si in unaquaque parrechia Decani funt Burchard. lib. per villas constituti, viri veraces, & Deum ti- 68. & segg. m ellmentes, qui ceteros admoneant ut ad Ecclesiam pergant ad Matutinas, Missam, & Vel-Deo & peras, & nihil operis in diebus festis faciant. & si horum quisquam transgressus fuerit, staà Deo tim Presbytero adnuntient. similiter & de Oin



DE ECCLES. DISCIPLINIS. 215 80. Si aliquis propter cupiditatem Judæum aut paganum interfecerit. praut 81. Si aliquis infaniens aliquem hominem parviocciderit. 82. Si quis arborem inciderit, & dum operi bitum necellario infiftit, aliquis subtus arborem de-11 eum veniens improvise opprimitur. a lper-83. Si quis conjurationes & conspirationes lectatur. yiaton 84. Si quis Ecclesiam aut Clericum fatigare prælumit. lant. 85. Inquirendum de refugis & perfidis laicis. & ora-86. Percunctandum de confratriis & fraterari fanitatum focietatibus qualiter in parrœchia unum 87. Si cantica turpia & rifum moventia aliquis circa Ecclesiam cantare præsumit. iscopo 88. Si aliquis in Ecclesiam intrans, fabulis propter vacare consuevit, & non diligenter auscultat divina eloquia, & si antequam Missa finiatur, ım,qu de Ecclesia exit. ftatio-89. Si oblationem, id est, panem & vinum, e caula viri & feminæ ad Missas offerunt; & si non vit anns ri, conjuges pro illis offerent, pro se suisque rioler omnibus, ut in Canone continetur. are all-Capitula hæc quæ per ordinem adnotavimus, a fuam canonicis oportet roborari decretis, ominus xtarill De pœnitentia homicidarum. Ex Concilio Triburien [1. agnum VI. Ut pœnitentia super homicidiis non difoenoverso more, ut priùs, sed in episcopiis singulis es tales uno more agatur. Omi



Unde suprà.

1. C. I.

Burchard. lib. Si quis spontanea voluntate, diabolo suadente, homicidium perpetraverit, juxta canonum fanctiones & judicium Episcoporum talem pænitentiam accipere debet.

In primis ut licentiam non habeat Ecclefiam intrandi illos proximos quadragintadies, nudis pedibus incedat, & nullo vehiculoutatur, in laneis vestibus sit absque semoralibus, arma non ferat, & nihil fumat his quadraginta diebus nisi tantum panem & salem, & puram bibat aquam, & nullam communionem cum ceteris Christianis neque cum alio pontente habeat in cibo & potu antequamqua draginta dies adimpleantur; & ex cibo quem fumit nullus alius manducet. Considerata vero personæ qualitate vel infirmitate, de poms vel oleribus seu leguminibus, prout vilu fuerit, aliquid pro misericordia indulgeatur, maxime fi quis coactus & non sponte homiddium fecerit. Et ei omnimodis ex canonicaal Etoritate interdicatur ut in his diebus cum nul la femina misceatur, necad propriam uxorem accedat, nec cum aliquo homine dormiat, juxta Ecclesiam sit, ante cujus januas peccata Tua defleat diebus & noctibus; & non de loco ad locum pergat, sed in uno loco his quadraginta diebus sit. Et si forte habuerit insidiatores vitæ suæ, interim differatur ei pænitenti donec ab Episcopo pax ei ab inimicis reddatur. Et si infirmitate detentus fuerit, ita ut non possit digne pænitere, differatur pænitenua donec sanitati restituatur. Si autem longa

DE ECCLES. DISCIPLINIS. agritudine detentus fuerit, ad sententiam Episcopi pertinebit quomodo reum & infirmum fanare disponat. Completis quadraginta diebus, aqua lotus, vestimenta & calciamenta, quæ à se abjecerat, rursus lumat, & capillum incidat. Dans and a salah bank anna U

o fua-

ta ca-

muroc

Eccle-

a dies,

lo utaalibus,

ragm-

& pu-

ionem pæni-

n qua-

quem

a vero

pomis vilum

geatur,

omiaica allm nul-

xorem

rmiat,

eccata

le loco

uadra-

idiato-

itenua redda-

ut non

itenua longa

Quid in primo anno observare debeat.

VII. In primo anno post quadraginta dies Burchard. lib. totumillum annum à vino, medone, & mellita cervisia, à carne & caseo & pinguibus piscibus abstineat, nisi festis diebus qui inillo episcopio à cuncto populo celebrantur, & nili forte in magno itinere, vel in hoste, vel diù ad dominicam curtem vel infirmitate detentus sit. Tunc liceat uno denario, vel pretio unius denarij, aut tres pauperes pascendo, tertiam seriam, quintam feriam, & sabbatum redimere, ita duntaxat ut una re de tribus utatur. Postquam domum venerit, autsanitati fuerit restitutus, nullam licentiam habeat redi-

Quid in aliis duobus annis observare debet.

VIII. Completo anni circulo, Ecclesiam Burchard.lib. ingrediatur, & pacis osculum concedatur. In lecundo & tertio anno similiter jejunet; nisi quod tertiam feriam, quintam, & sabbatum potestatem habeat redimendi, ubicunque est. Cetera diligenter omnia observet ut in primo don , le camon at li positionisme

exituei communicais vinticum netrus

#### REGINONIS LIB. II.

Quid in reliquis quatuor annis observare debet.

Burchard lib. IX. Quattuor anni deinde restant; pu quos singulos jejunet tres quadragesimas 6. C 5. Unam ante Pascha cum ceteris Christianis, abstinendo à vino, medone, mellita cervilia caseo, & à piscibus pinguibus. Alteramant nativitatem san &i Johannis. Si aliquid rema net de quadraginta diebus, post Missam san cti Johannis impleat. Tertiam ante Natali Domini jejunet, ut suprà dictum est. Eti quattuor supradictis annis, tertia, quinta fe ria, & sabbato utatur quicquid vult, & secun dam & quartam feriam omnimodis observe, & nequaquam redimat. His expletis, sacran communionem accipiat.

> De eo qui voluntarie homicidium fecit. Ex Concilio Ancyrano.

ti

p.

CI

£I

20

Concil. Ancyr. c. 21. Halitgar, lib. 4. C. 1. Burchard. lib. quantur. 6. C. 13.

X. Qui voluntarie homicidium fecerin pænitentiæ quidem jugiter se submittant, per fectionem verò circa vitæ exitum confe

De eadem re. Ex Concilio Parisiensi.

Concil. Remenfe anni 6. C. 14.

X I. Si quis homicidium sponte commile rit, & non violenti resistens, sed vim facient Burchard. lib. innocentem & simpliciter gradientem interfecerit, cum isto penitus non communication dum, sic tamen ut si pœnitentiam egerit," exitu ei communionis viaticum non negerui.

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 219

Deeadem re. Ex Concilio Agathensi.

t; per

elimas,

Atianis,

ervilia,

m ante

n fan-

Natali

. Etu

nta te

fecun

fervet,

factan

ecit.

ecerni

nt, per

conle-

mmile.

n inter-

erit,in

getur.

XII. Itaque censuimus homicidas & fal- Conc. Agath. sos testes à communione ecclesiastica submo- Burchard. lib. vendos, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina 6. c. 29. admissa diluerint.

De eadem re. Ex Concilio Nannetensi.

XIII. Si quis voluntariè & per infidias Concil. Nanhominem interfecerit, jugi se pœnitentiæ subBurchard, lib.
mittat. Et si hoc publicè actum constat, si laicus est, à communione orationum quinquennio removeatur; post quinquennium in orationum communione recipiatur; \* non autem \* Sequentia
simul offerat, non corpus Domini contingat. cod. MS.
in quo perdurans quatuordecim annis, tunc ad
plenam communionem cum oblationibus recipiatur.

De eademre. Ex eodem.

XIV. In Exodo Dominus dicit de homi- Concil. Nancidiis: Si quis de industria & per insidias homi- Exod. 21, nem oeciderit, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.

De homicidiis non sponte commissis.

Ex Concilio Ancyrano.

XV. De homicidiis non sponte commissis Concil. Anprior quidem dissinitio post septennem pæni- Halingar. slib. tentiam perfectionem consequi præcepit, se-4.c. 2. cunda verò quinquennij tempus explere.

Burchard. lib. 6.c. 15.

\$ + \$

#### 220 REGINONIS LIB. II.

De eadem re. Ex epistola Rabani ad Heribaldum Episcopum.

Rhab. epift. C. 4. 6. c. 23.

X V I. Nam de his legimus qui hominem ad Heribald. non sponte interfecerunt Deum per legisla-Burchard. lib. torem urbes refugij deputasse, ad quas confu gientes falvarentur ab ultore fanguinis proximisui & non morerentur. Unde in Deutero-

Deuteron. 19. nomio scriptum est: Hac erit lex homicidati jus vita servanda est. Qui percusserit proximum suum nesciens, & heri & nudiusteriin nullum contra eum odium habui ße comprobatu sed abise simpliciter cum eo in silvam ad lign cadenda, & in succisione lignorum securis fust rit de manu, aut ferrum delapsum de manubin amicum ejus percu serit & occiderit, hic ad una urbium supradictarum confugiat & vivat.

> De eadem re. Ex Concilio V vormacien cap. V.

lei

ce

ni( m

mı

Vide legem Saxon.c. 11. bard. lib. 1. tit. 9. c. 5.

bliothecæ regiæ.

Concil. Vvor- XVII. Sæpe contingit ut dum quis open Burchard. lib. necessario, infistens arborem incidat, aliqui subtus ipsam veniens deprimatur. & idciro si voluntate vel neglegentia incidentis arbo & leg Longo rem factum est, ut homicida pænitentiade bet omnino submitti. Quod si non voto, st \* Ex veteri co- incuria ejus, non denique \* [hæc eum] sentent dice M S. bi- contingit; sed dum ille operi necessario fortal fis incumberet, iste insperatus occurrit subat bore, & sub ipsa oppressus est, incisorarbo ris non tenetur pro homicida.

(Ced)

DE ECCLES. DISCIPLINIS.

De eadem re. Ex Concilio Triburiensi cap. x VII.

ad

ninem

egilla-

confu-

Drox1-

utero-

idecu proxi-

sterism

batut,

dlight

s fugt

anubni

d una t.

ien

s open aliqui

delreo,

s arbo

itiæ de to, lei entenni

fortal.

fubar-

or arbo

XVIII. Si duo fratres in filva arbores Concil. Trisucciderint, & appropinquante casu unius ar- Burchard. lib. boris frater fratri Cave dixerit, & ille fugiens 6.c. 22. in pressuram arboris inciderit & mortuus fuetit, vivens frater innocens de sanguine germani dijudicetur.

De eadem re. Ex eodem.

XIX. Mater si juxta focum infantem po- Concil. Trie suerit, & alius homo aquam in caldariam miserit, & ebullita aqua infans superfusus mortuus fuerit, pro neglegentia mater pæniteat, &illehomo securus sit.

Decadem re. Excodem, cap. xx.

XX. De homicidiis non sponte commissis, bur. c. 52. quali pœnitentiæ jugo submittantur hi qui fecerintea, in Episcopi sententia maneat.

De eadem re. Ex eodem.

XXI. Si quis filium suum non sponte occi- bur, c. 53. derit, juxta homicidia non sponte commissa Burchard. lib.

Concil. Tri-

De eadem re. Ex Concilio Nannetensi.

XXII. Si quis casu, non volens, homici- Concil. Nandium perpetraverit, quadraginta diebus in Burchard. lib. pane & aqua pæniteat. Quibus peractis, bien- 6. c. 16. nio ab oratione fidelium segregetur, non communicet, nec offerat. Post biennium in communione orationis offerat, non tamen com-

municet. post quinquennium ad plenam communionem recipiatur. Abstinentia ciborumin arbitrio sacerdotis maneat.

Qui per faidam hominem occiderit. Ex Pænitentiali cap. x 1 v. tri

fili

in

du

per

tur

nei

lor

do

atq

dai

pag

per

Ep

COL

nue

1ep

gir

du

IIC

illi

Burchard, lib. XXIII. Qui pro vindicta fratris aut aliorum parentum occiderit hominem, annum unum pæniteat, & sequentibus duobus tres quadragesimas observet & legitimas serias, il est, secundam, quartam, & sextam feriam,

De eadem re. Ex eodem.

XXIV. Qui per iram & rixam & ebrietatem subito hominem occiderit, quatuorannoi pæniteat.

De eadem re. Ex eodem.

XXV. Si quis liber jubente domino su fervum occiderit, quadraginta dies pænites. Et si quis liber jubente domino suo hominem innocentem occiderit, annum unum pænites, & in duobus aliis annis tres quadragesims observet & legitimas ferias.

De his qui servos suos necant extra judice. Ex Concilio Agathensi cap. xxxv.

Conc. Agath. c. 61. Rhab. epift. ad Heribald. c. 3.

XXVI. Si quis servum proprium su conscientia judicis occiderit, excommunicatione biennij reatum sanguinis emundabit.

De parricidis & fratricidis. Ex Concilio Moguntiacenfi.

Concil. Vvormat. c. 30. XX VII. Statuimus ut parricidæ & fi

DE ECCLES. DISCIPLINIS. tricidæ per unius anni circulum ante fores ba- Burchard, lib, filicæ orantes Domini clementiam perseve - 6.6.34. rent. Completo anni circulo, introducantur in Ecclesiam; tamen inter audientes, usque dum unius anni spatium finiatur, stent. His ita peractis, si poenitentia fructus in eis conspicitur, corporis & fanguinis Domini participes fiant, ut non obdufentur desperatione. Carnem non manducent omnibus diebus vitæ illorum. Jejunent autem usque ad nonam diei horam cotidie, exceptis festis diebus atque dominicis. Abstineant autem à vino, medone, atque mellita cervisia tres dies per hebdomadam. Arma portare non audeant, nisi contra paganos. & ubicunque ire maluerint, nullo vehicuo deducantur, sed pedibus propriis pergant. Tempus autem hujus pænitentiæ in Episcoporum ponimus arbitrio, ut secundum conversationem illorum aut extendere vel minuere valeant. Ab uxoribus, si habuerint, non leparentur. Si autem non habuerint, & se continere non valuerint, legitimas accipiant in conjugio feminas, ne in fornicationis voraginem incidere videantur. Si autem antequam duorum prædictorum annorum finiantur curricula, finis vitæ illorum pervenerit, viaticum illis non pegetur.

In excerptis è Buchardo qua edita sunt à Stevartio, caput istud refertur ex epistola Nicolai Papa ad Karolum Maguntiensem Archiepiscopum ejusque suffraganeos; cum in Decreto Burchardi referatur ex Concilio Triburiensi, in quo non extat, neque etiam in Moguntino, unde laudatur à Reginone.

comumi

Ex

t alio-

nnum us trei

rias, 10

riam.

orietaannos

no luo

niteat

minem

niteat, elima

dicem

m fire

unica-

ibit.

ilio

& fra-

REGINONIS LIB. II. Vltima verò pars istius capitis, nimirum que sequuntur post illa verba extendere vel minuere valeant, non habentur in editionibut Burchardi, tamenetsi extent in excerptiseditis à Stevartio. Vnde colligi potest auctorem istorum excerptorum usum esse aliquo exemplari Burchardici Decreti vulgatis editioni bus ampliore. Hec porrò ultima pars issim capitis, quam admonuimus non extare in vulgatis Burchardi editionibus, habetur il capite x x x. Concily V vormatiensis.

Item de parricidis. Ex alio Concilio Moguntiacensi cap, x x.

Pænit. Rhab. ad Heribald. c. 7 Concil. Mogunt. fub Rhab. c. 20. Burchard. lib. 6. c. 35. Genes. 14.

XXVIII. Parricidium quam sit detestaad Heribald, bile crimen, judicio facto inter Cain & Abel fratrem suum Dominus ostendit. Sed qui modernis temporibus parricidæ profugi dilcurrunt per diversa loca, & variis vitiis &gulæ inlecebris deserviunt, melius nobis videun ut in uno loco manentes poenitentia distribi semetipsos castigent, si forte Domini bonitate indulgentiam facinoris sui percipere mereantur.

> Quod parricidis arma & conjugium interdicatur.

X X I X. Non enim eis licebit ultrà milita Concil. Mocingulum sumere & conjugiis copulari, qui gunt. ibid. Burchard, lib. facri canones hoc eis non confentiunt. 64 C. 35.

> Present Burcha to telement on Concilio meens, in our cent extent, neglic eliant

DE ECCLES: DISCIPLINIS.

De eo qui hominem publicam pænitentiam agentem interficit. Ex Capitularium lib. III. cap. XVII.

XXX. Qui hominem publicam preniten- Lib 4. Capitiam agentem interfecerit, bannum nostrum vide infracci in triplo componat, & vveregildum proximis 190. hujus eius periolvat.

De eo qui hominem in Ecclesia interficit.

XXXI. Si quis aut ex levi causa aut sine Lib. 4. Capicausa hominem in Ecclesia interfecerit, de vi- Lib. 1. Leg. ta componat. Si verò rixati foris fuerint; & Longob.tit 9. unus alterum in Ecclesiam sugerit, & ibi se de- & seq. fendendo eum interfecerit, & si hujus facti testes non habuerit, cum duodecim testibus juret legitimis se defendendo eum interfecisse, & post hac solidos sexcentos ad partem Ecclesiæ, quam illo homicidio polluerat, & insuper bannum nostrum solvere cogatur. Is verò qui interfectus est, absque compositione jaceat. ac deinde interfector secundum judicium canonicum congruam facinori-quod admisit pœnitentiam accipiat. Si proprius servus hoc commiserit, judicio aquæ ferventis examinetur utrum hoc sponte an se defendendo fecisset; & si manus ejus exusta fuerit, intersiciatur; si autem non fuerit, dominus ejus, juxta quod vveregildum illius est, ad Ecclesiam persolvat; aut, si voluerit, eum eidem Ecclesiæ tradat. De ecclesiastico & siscalino & beneficiario volumus ut pro una vice vvirigildum pro eo componatur, altera vice servus ad supplicium tradatur. Hereditas tamen liberi P

m qui

el mi-

onibus

is edi-

Etorem

exemitioni-

i ftius

are in

tur in

10-

eresta-

c Abel

d quia

gi dil-

8 gu

idetti Arida

onita-

e me-

m

nilitiz

De

hominis, qui propter tale facinus ad mortem fuerit judicatus, ad legitimos heredes illius perveniat. Si inatrio Ecclesiæ, cujus portare liquiis sanctorum consecrata est, hujuscemo di homicidium perpetratum fuerit, similiter componatur & emendetur. Si verò non est consecrata, eodem modo componatur sicur componi debet quod in immunitate violata committitur.

In vetustissimo codice MS. monasteris Rivipullensis, qui continet libros septem Capitularium, post illa verba, congruam facino ri quod admisit pœnitentiam accipiat, ist statim adduntur. id est, xx1. annis, v11. ex his in pane & aqua ad ostium Ecclesia atisfaciat, remotus ab oratione & communione sidelium. ceteros septem societur orationi sidelium. transactos qui supersuntur. Communionem plenam perfecte subsequatur. Abstinentia ejus sacerdotali providentia temperetur. Si proprius servus &c.

ad

di

CO

ve

nic

cur

cor ran

De injuriis Sacerdotum vel Clericorum. Ex eodem, cap. x 1 v.

Lib. 4. Capio tular. c. 14. Lib. 2. Leg. Longob. tit. 40. c. 6. XXXII. Sanguinis effusio in Ecclesia facta cum fuste, si Presbyter suerit, triplo componatur, duas partes eidem Presbytero, tertia pro fredo ad Ecclesiam, & insuper bannus noster. Similiter de Diacono juxta compositionem ejus in triplo cum banno nostro componatur. De Subdiacono & de uniuscujuscum que ordinis Clerico secundum suam compositionem in triplo persolvatur, & insuper bannus noster.

DE ECCLES. DISCIPLINIS.

De ictu.

rtem

illius

areemo-

iliter n elt

ficut

olata

iy Ri-

Capi-

cino:

, ifta

I. ex

iæ sa·

nmu r ora

it vii.

equa-

riden-

ım.

sia fa-

com.

o, ter annus

npoll com.

ifcun-

npoli-

r ban

XXXIII. Similiter & de ictu fine fan-tular.c. 14. guinis effusione de uniuscujuscunque ordinis Lib. 2. Leg. Clerico in triplo componatur, insuper & ban- 40.c.6. nus noster. Et qui non habet unde ad Ecclesiam persolvat, tradat se in servitium eidem Ecclesiæ usque dum totum debitum persolvat.

Lib. 1. Capi-

Si quis Clericum exspoliaverit. Ex Concilio Triburiensi.

XXXIV. Ut si qua in ipsos Clericos vel Tribur. c. 7. in Ecclesias perpetrata fuerint, id est, si quis Clericum expoliaverit aut vulneraverit, vel aliquam injuriam fecerit, decimas Ecclesiæ tulerit vel retinuerit, si non priùs per secularem potentiam dignè vindicatum fuerit, Episcopus adfuam synodum illos malefactores vocet & digné emendet. Si contempserint venire, excommunicentur.


Si quis Clericum verberaverit. Ex eodem.

XXXV. Si quis Clericum verberaverir vel debilitaverit aut in aliquo læserit, & canonice pæniteat & ad legem emendet, juxta quod in Capitulari scriptum est.

De eadem re. Ex Concilio Toletano.

XXXVI. Si quis de potentibus Cleri - Concil. Tolet. cum aut religiosum expoliaverit, & Episcopus mandaverit eum ad se venire ut audiatur, & contempserit, in invicem mox scripta percurtant per omnes provinciæ Episcopos, quol-

Vide Concil.



DE ECCLES. DISCIPLINIS.

De compositione Presbyteri, si occisus fuerit. Ex eodem.

icatus

1.

fiæ.

e pug-

cquia

It , al-

ricum

exeat,

quod

id elt,

n Pre

lem

d fanprobe

e mo-

teslibi

erdici-

cutil.

um &

s nihi

arive

ledua

eis vi-

m jul-

n.

ia.

XL. Presbyter vulneratus aut cæsus, si Concil. Trimortem evaserit, tota compositio cedat Presbytero. Si verò mortuus fuerit, compositio in tres dividatur portiones ; id est, altari cui Presbyter deserviebat pars una, altera Episcopo, tertia parentibus Presbyteri solvatur.

De eadem re. Ex Capitularium libro 11. cap. XLIX.

XLI. Presbyteri interfecti compositio Lib. 4. Capi-Episcopo ad cujus parræchiam pertinent sol - Burchard lib. vantur secundum Capitulare gloriosi Karoli 6.c.11. genitoris nostri, ita videlicet ut medietatem Corrector. vvirigildi ejus Episcopus utilitatibus Ecclesiæ Rom. ad c. cui præfuit tribuat, & alteram medietatem in byteri. 17. q. eleemosyna ejus juste dispertiat : quia nullus 4. nobis ejus heres proximior videtur quam ille qui ipsum Domino sociavit.

De eo qui sacerdotem occiderit. Ex Concilio Vvormaciensi.

XLII. Qui facerdotem voluntarie occi- Concil Vvorderit, carnem non comedat & vinum non bi- Burchard. lib. bat cunctis diebus vitæ suæ; jejunet usque ad 6. c. 8. vesperam, exceptis diebus festis atque dominicis; arma non sumat, equum non ascendat, Ecclesiam per quinquennium non ingredia, vide Morin. thr, sed ante fores Ecclessæ stet; post quin- lib. 7. depæquennium Ecclesiam ingrediatur, nondum J. 8. 9. vero communicet, sed inter audientes stet vel ledeat. Cum autem fuerit duodecimi anni

P iii

REGINONIS LIB. II. cursus finitus, communicandi ei licentia concedatur, & equitandi tribuatur remissio. Maneat autem in reliquis observationibus tres dies per hebdomadam, ut perfectius purificari mereatur.

De eadem re. Ex Concilio Mogunciacens, cap. XXIV.

Concil. Mogunt. fub Rabano c. 24. 6.C.7.

XLIII. Qui Presbyterum occiderit, duodecim annorum ei pænitentia secundum ca-Burchard. lib. nones imponatur; aut si negaverit, si liberelt, cum duodecim juret; si autem servus, super duodecim vomeres ferventes se purget. convictus noxæ, usque ad ultimum vitæ tempus militiæ cingulum deponat, & uxorem amiltat.

> De eo qui Presbyterum degradatum occiderit. Ex eodem Concilio.

Concil. Mogunt. fub Rabano c. 25. 6, c. 9.

XLIV. Nuntiatum est nobis quod aliqui qui olim dixerunt se fuisse sacerdotes, & po-Burchard. lib. stea degradati pro suis peccatis poenitentiam agendo suffragia sanctorum, per diversa loca transeuntes, quæsierunt, trucidati sunt. Hujuscemodi intersectoribus omnem ecclesialticam denegamus communionem, donec dignam pœnitentiam pro reatu suo secundum judicium Episcoporum exsolvant.

De homicidiis Clericorum. Ex Capitularium lib. III. cap. XXV.

X LV. Qui Subdiaconum occiderit, CCC folidos componat. Qui Diaconum, CCCC. Qui Presbyterum, DC. Qui Episcopum,

DE ECCLES. DISCIPLINIS. DCCCC. Qui monachum, CCCC. folidos componat.

con-Ma-

tres

fica-

enst,

duo-

a ca-

relt,

[uper

con-

mpus

mil-

C-

iqui

c potiam

loca

Huiasti-

dig-

n ju-

rium

CC

CC.

jum,

Si aliquis ordinatus homicidium fecerit. Ex Pænitentiali.

XLVI. Si quis Episcopus aut aliquis or- Halisgar. lib. dinatus homicidium fecerit, decem annos pæ- 6 c. 1. mteat, tres ex his in pane & aqua.

Si quis confenserit vel consiliatus fuerit ut homo interficiatur. Ex eodem.

XLVII. Si quis ad homicidium facien - Halitgar.ibid. dum consenserit & consilium dederit, & fadum fuerit, septem annos pæniteat. Si verò non fuerit factum, tres annos pæniteat.

Siquis confanguineum suum occiderit aut seniorem. Ex eodem.

XLVIII. Si quis proximum & confanguineum suum occiderit, decemannos pæniteat. Similiter si quis seniorem & dominum suum dolo trucidayerit.

Ex dictis Ferrandi Diaconi.

XLIX. Periculosè se decipiunt qui exi- Burchard.lib. stimant eos tantum homicidas esse qui mani- pud Gratian. bus hominem occidunt, & non potitis eos per Dift. 1. de paquorum confilium & fraudem & exhortationem homines extinguuntur. Nam Judæi Dominum nequaquam propriis manibus interfecerunt, sicut scriptum est, Nobis non licet in- Joan. 18. tersicere quemquam; sed tamen illis Domini mors imputatur, quia ipsi eum lingua crucisixerunt dicentes , Crucifige eum. Unde unus

P ini

REGINONIS LIB. II. Evangelista dicit Dominum crucifixum hora Marc. 15. tertia, alius sexta; quia Judæi crucifixerunt eum hora tertia lingua, milites hora lexta ma-Luc. 234 nibus. Qui ergo hominem tradit, ille eum in-70an.16. terficit, Domino dicente: Majus peccatumhabet qui me tradidit tibi. Unde Psalmista: Fill Pfal. 56. hominum, dentes eorum arma & sagitta, d lingua eorum gladius acutus. Subiciant ergole pænitentiæ quorum confilio sanguis fundituri si veniam promereri volunt. De his qui pro nihilo ducunt homiciciumin bello perpetratum. Ex epistola Rabani ad Cap. 4. Heribaldum Episcopum Autisiodorensen, de pralio ad Fontaniacum gesto. L. Quod autem quidam homicidium quod Burchard. lib. 6. C. 23. nuper in seditione & prælio Principum nostrorum perpetratum est excusant, quasi non necessarium sit pro hoc cuilibet agere penitentiam, eò quòd jussu Principum peractum sit, & Dei judicio ita finitum. Scimus enim quod Dei judicium semper justum est & nulla reprehensione dignum. Sed tamen oporteteos considerare qui hanc necem nefariam defendere cupiunt, utrum illos quasi coram oculis Dei innoxios excusare possint qui propter avaritiam, quæ omnium malorum radix efti & idolorum servituti comparatur, atque propter favorem dominorum suorum temporalium, æternum dominum contempferunt, & mandata illius spernentes, non casu, sed per industriam, homicidium fecerunt. Unde in Exodo scriptum est: Si quis de industria & per Exed. 21. instaias occiderit proximum, ab altario mo

€3

S

fu

Et

ra

m

7730

qu

qu

pit

du

m

de

pre

qui

tea

qui

UNIVERSITÄT: BIBLIOTHEK PADERBORN

DE ECCLES. DISCIPLINIS. evelles eum, ut moriatur. Et in Deuteronomio: Deuter. 19. Siquis odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vita ejus, & surgens percusserit eum, & mortuus fuerit, & fugerit ad unam de supradidis urbibus, mittent seniores civitatis illius, & rapient eum de loco refugy, & tradent eum in manus proximi ejus cujus sanguis effusus est, & moriatur. nec misereberis ejus. Illum itaque quem Dominus dignum morte esse judicavit, quis dicat reum non esse? Quomodo contrarius legi non existit qui hoc quod Deus præcepit cassum esse contendit? Sed inter hæc sciendum est quod magna distantia est inter legitimum Principem & seditiosum Tyrannum. De eadem re. Ex Pænitentiali.

LI. Si quis hominem in bello publico occiderit, quadraginta dies pæniteat.

De Clerico qui proximum suum occidit.

Ex eodem.

LII. Si Clericus homicidium fecerit & proximum suum occiderit odij meditatione, exul septemannis pæniteat.

De parricidis. Ex Panitentiali.

LIII. Si quis hoc crimen perpetraverit, quidam judicaverunt ut septem annis pæniteat vel quatuordecim pænitentiam egisset; quidam usque ad finem vitæ, sicut Cain, qui similia perpetraverit.

Ex eodem.

LIV. Qui hominem debilitaverit & de-

hora

erunt

man in-

mha-

Fily

, 0

gole

litur

ımın

ni ad

nsem,

drioq

non

ceni-

Aum

enim nulla

eteos

efeniculis

opter est,

rop-

ora-

, &

l per le in

r per

11120

REGINONIS LIB. II. formem fecerit, impensas in medicos tribuat, & maculæ pretium & opus ejus, donec sanetur, restituat, & dimidium annum pœniteat. Si vero non habet unde hoc restituat, annum unum pæniteat.

De truncationibus membrorum, Ex Concilio Mogontiacensi cap. v.

for

OC

rui

na

eti

no

lip

ma

inc

VO

qui

nite

S

dic: dij

lion

dati

Concil. Tolet. II. C. 6. 1. C. 201. Vide Pœnibani c. 30. agustinum.

LV. His à quibus Domini sacramentatta-Burchard. lib. Chantur judicium sanguinis agitare non licet. Et ideo magno opere talis excessus prohibenrentiale Rha - dus est; ne indiscretæ præsumptionis motibus pud Ant. Au- agitati, aut, quod morte plectendum est, sententia propria judicare præfumant, aut truscationes quibuslibet personis aut per se interant aut inferenda præcipiant. Quod si qui quam horum immemor præceptorum, autil Ecclesiæ suæ familiis aut in quibuslibet perso nis tale aliquid fecerit, & concessi ordinis honore privetur & loco, sub perpetuæ damnationis religatus ergastulo; cui tamen commilnio exeunti ex hac vita non neganda est propter Domini misericordiam.

Quæ debeat discretio Ecclesiarum rectonbus esse ne per inconditam disciplinam fubeant homicidij notam.

Additio IV. Capitular.

LVI. Cum juxta antiquæ institutionis edchum plus erga corrigendos agere debeat benivolentia quam feveritas, plus cohortatio quam commotio, plus caritas quam potella adhiberi debet.

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 235

Deparricidio. Ex Lege Theodosiana lib. IX.

buat,

fane-

iteat.

num

011-

tatra-

licet.

ribenotibus

, fen-

trun-

e inte-

quil-

autil

perto-

is ho-

amna-

mmu-

prop-

ecton-1am

is edi-

eat be-

ortatio otellas

LVII. Si quis patrem, matrem, fratrem, Interpretat. L. sororem, filios, filias, vel alios propinquos dos de parrioccident, remoto aliorum genere tormentorum, facto de coriis sacco, qui culleus nominatur, in quo cum millus fuerit, cum iplo etiam serpentes claudantur, & si mare vicinum non fuerit, in quolibet gurgite proiciatur, talipæna damnatus nullo unquam tempore obuneat lepulturam.

De domina quæ ancillam occidit. Ex Concilio Elibertino.

LVIII. Si qua domina furore zeli inflam-rit. c. 5. mata ancillam occiderit, ita ut intra tertium Halitgar. lib. diem animam cum cruciatu emittat, eo quod Burchard lib. incertum sit voluntarie an casu occiderit; si 6.c.19, voluntarie, post septem annos, si casu, post quinque annorum tempora, acta legitima pœmtentia, ad communionem admitti placuit.

Si servus occiditur à domino dum verberibus castigatur. Ex Lege Theodosiana.

LIX. Si fervus, dum culpam dominus vin- Interpretat. I. dicat, mortuus fuerit, dominus culpa homici- dof. De emerdynontenetur: quia tunc homicidij reus est, dat. servor. hoccidere voluisse convincitur. Nam emendatio non vocatur ad crimen.

De oppressione infantum. Ex Concilio Mogonciacensi.

LX. Si quis infantem fuum incaute oppres- Burchard. lib.

REGINONIS LIB. II. serit, aut vestimentorum pondere suffocaverit, & hoc post baptismum factum suerit, quadraginta dies pæniteat in pane & aqua, olenbus, atque leguminibus, & à conjuge se abstineat Postea tres annos pæniteat per legitmas ferias, & tres in anno quadragesimas observet. Quòd si ante baptismum infans oppressus fuerit, proximos quadraginta dies us suprà pæniteat. Postea verò quinquennium expleat.

Si per neglegentiam matris infans moritum non baptizatus. Ex epistola Rabani ad Reginbaldum Chorepiscopum.

Burchard.lib.

LXI. De infantibus autem qui mortui inveniuntur cum patre & matre, & non apparet utrum à patre aut matre occifus sit ipse infant vel suffocatus, an propria morte desunctus, non debent inde securi esse nec sine pœnitentia ipsi parentes; sed tamen in eis consideratio debet esse pietatis, ubi non voluntas sed eventus mortis causa fuit. Si autem eos non later ipsos ejus esse intersectores, scire debent graviter se deliquisse, quod in Ancyrano Concilio comprobatur. Quidam autem trium annorum pœnitentiam hujusmodi hominis judicant esse debere, quorum ex his unum exigat in pane & aqua, arque se ab omni luxuria tempore pœnitentiæ sua custodiat.

Concil. Ancyr. c. 20.

De femina cujus filius per neglegentiam obierit non baptizatus. Ex Pænitentiali cap. x v 11.

L X I I. Pariens femina, cujus filius per ne-

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 237 glegentiam non baptizatus obierit, annum vide supra unum pæniteat, & nunquam sit sine aliqua & seqq. pœnitentia. Si autem per neglegentiam facerdotis. Require in primo libello cap. cxx1x.

De mulieribus quæ partus suos necant. Ex Concilio Ancyrano.

cave-

qua-

olerie ab-

egiti-

is ob-

s op-

ies ut

nium

oritur

ui 111-

paret nfans

ictus,

niten

eratio

even-

1 latet

t gra-

oncianno-

judi-

xigal

tem-

ıtıam

er ne-

2i

LXIII. De mulieribus quæ fornicantur, Concil. An-& partus suos necant, vel quæ agunt secum ut Halitgar. 116. utero conceptos excutiant, antiqua quidem Rhab. epift. diffinitio usque ad exitum vitæ eas ab Ecclesia ad Heribald. removet. Humaniùs autem nunc diffinimus ut Burchard. lib. eis decem annorum tempus secundum præsi- 17. 6.54. xos gradus pænitentia largiatur.

De eadem re. Ex Concilio Hilerdensi.

LXIV. Hi verò qui malè conceptos ex Concil. Ilerd. adulterio factos vel editos necare studuerint, Rhab. epist. velin ventribus matrum potionibus aliquibus ad Heribald. colliferint, in utroque sexu adulteris, idest, Burchard-lib. patri vel matri, post septem annorum curri-17.0.52. patri vel matri, post septem annorum curricula communio tribuatur, ita tamen ut omni tempore vitæ suæ fletibus & humilitati infistant.

De eadem re. Ex Concilio Heliberitano.

LXV. Si qua mulier, absente marito, per concil. Elibeadulterium conceperit, idque post facinus oc- Rhab. epist. ciderit, placuit vix in fine ei dandam commu- c. 8. nionem, eò quòd geminaverit scelus.

Burchard. lib. 17. C. 51.

Si qua mulier partum suum excusserit. Ex Panitentiale.

LX VI. Si qua mulier partum suum ante

quadraginta dies in utero sponte perdiderit, annum unum pæniteat. Si vero post quadraginta dies eum occiderit, tres annos pæniteat. Si vero post quam animatus suerit, eum perdiderit, quasi homicida pæniteat. Sed is stat multum utrum paupercula pro difficultat nutriendi, aut fornicaria causa sit, & prosus sceleris celandi faciat causa.

Si qua mulier filium vel filiam ocdiderit.

Ex eodem.

Pilin

q

Pa

Ta

fic

di

rit

*lei* 

lai

fit

fte.

LXVII. Mulier si voluntarie occidentificiem suum aut filiam suam, pro homicidiode cem annos poeniteat.

De eadem re. Ex Concilio Rotomagensi.

Burchard. lib. 17 C. 53. Ivo parte 10. c. 103.

LX VIII. Sunt quædam mulieres, ut at notitiam fancti Concilij pervenit, quæ ex fornicatione concipientes, metuentes ne fcelus quod occultè perpetrarunt manifestum siere, infantes quos pepererunt occiderunt, & tetta congerie cooperuerunt, aut in aquas project runt. quod quantum nesas sit, canones Ancyrani, Elibertani, atque Hilerdensis Concili testes sunt. His itaque vix in sine dandames fe communionem decernunt. Sed humanito tractantes, post decennem pænitentiam tales placuit ad communionem recipi.

Ut ante januam Ecclesiæ adulteri infantes exponantur. Ex eodem.

LXIX. Igitur quia diabolo suadente, & carnis fragilitate delectante, & ideo consentiente, multotiens talia perpetrantur, ideo ex

una mortifera potione aliam utcunque mederi cupientes, ne geminetur scelus adulterij & homicidij, damus consilium ut unusquisque sa-Burchard. lib. cerdos in sua plebe publice adnuntiet ut si ali-3 c. 200. qua femina clanculo corrupta conceperit & pepererit, nequaquam diabolo cohortante si-lium aut filiam suam intersiciat, sed quocunque prævalet ingenio, ante januas Ecclesiæ partum deportari faciat, ibíque proici; ut coram sacerdote in crastinum delatus, ab aliquo sideli suscipiatur & nutriatur, & tali ex causa homicidij reatum &, quod majus est, parricidij evadat. Nam qui filium aut filiam intersicit, parricida omnimodis teneatur.

De eadem re. Ex Lege Theodosiana lib. v. cap. VII.

LXX. Quicunque expositum recenti partusciente patre vel matre vel domino collegenit, & suo labore educaverit, in illius à quo
scollectus est potestate consistat, seu ingenuum
seu servum quem nutrivit esse voluerit.

De eadem re. Ex eodem.

LXXI. Qui expositum puerum vel puellam sciente domino vel patrono misericordiæ
causa collegerit, in ejus dominio permanebit;
sitamen contestationi de collectione ejus Episcopus vel Clerici subscripferunt; quem postea suum dicere quis non poterit, quem projecisse probatur ad mortem.

De eadem re. Ex eodem.

LXXII. Si quis infantem à sanguine nu- L.un. Cod.
Theodos, De

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

iderit,

iladra-

pæni-

, eum

sed di-

cultate

prolu

erit.

erith

dio de

nsi.

ut ad

ex for-

[celus

fieret,

terra

ojece-Ancy-

oncill

am el-

namius

1 tales

ntes

e, &

mlen-

deoex

his qui sangui-trierit, habendi eum & possidendi habeat portestatem. Sanè si nutritum dominus vel pater recipere voluerit, aut ejus dem meriti mancipium nutritori debet donare, aut pretium metritor, quantum valuerit qui nutritus est, consequatur. [Vide lib. 4. leg. Vvisigothor, in 4. cap. 1.]

De homicidiis. Ex Concilio Turonens.

n

te

he

let

ex:

fua

Sit

De

Concil Turon. 1. c. 7.
Burchard. lib. municandum, donec per confessionem per tentiæ ipsorum crimina diluantur.

De his qui uxores occidunt. Ex Concilio

Mogontiacensi.

Burchard. lib. 6. c. 38.

Levit. 19.

Deuter. 1.

LXXIV. Si maritus uxorem aut uxo maritum interfecerit, æquum judicium situs per eos, dicente Domino: Non consideres profonam pauperis, nec honores vultum potenti. Et post pauca: Ita, inquit, parvum audiens magnum; nec accipietis cujusquam personam, quia Dei judicium est. Idcirco uterque eorum in hujuscemodi criminis accusatione, si negiverit, pari judicio examinetur.

De eadem re. Ex Capitularium libro III.

cap. LXXXIX.

Lib. 1. Capitular. c. 67. In lege Domini interdictum est, nec caussaultionis nec avaritiæ nec latrocinandi stant. Et ubicunque inventi suerint, à judicibus nostra secundum legem ex nostro mandato vindicentur. Et non occidatur homo nisi lege jubenta

DE ECCLES. DISCIPLINIS.

De eadem re. Ex eodem.

eat po-

nand-

ım nu-

t, con-

107. 11

ensi.

1 COMpœn.

cilio

it uxol

n fit li

respil-

otentil

dietis #

fonan,

eorus

li nega

III.

n fice

ullaul

ant. E

s nofins

ndicen

ubente

De

LXXVI. Quicunque propria uxore dere- Lib. 5. Capia tular. c. 149. licta, vel absque lege sine causa & certa pro- Lib. 2. Leg. batione interfecta, aliam duxerit uxorem, ar- Longob. tit. mis depositis, publicam agat pænitentiam; & Burchard. lib. li contumax fuerit, comprehendatur à Comi- 6.c.37. te, & ferro vinciatur, & in custodiam mittatur, donec res ad nostram notitiam deducatur. [Vide Hincmar. to. 1. pag. 590.]

De pugna duorum, quod nostri campum appellant, quod pro imputato adulterio solet exerceri. Ex epistola Nicolai Papa ad Karolum Regem.

LXXVII. Monomachiam verò in lege Nicol I. nonassumimus, quam præceptam fuisse non Burchard. lib. reperimus: quam licet inisse quosdam legeri- 9.0.51. mus, sieut sanctum David & Goliam sacra prodit historia, nusquam tamen ut pro lege teneatur, alicubi divina sancit auctoritas, cum hoc & hujuscemodi sectantes Deum solummodo tentare videantur.

Decadem re. Ex eadem epistola.

LXXVIII. Verum, ficut multorum re- Burchard. lib. latu didicimus, Lotharius Rex conventum ce- 9. c. 500 lebrare disponit, & Thetbirgam Reginam examini proprio & judicio subicere meditatur, & si quidem eam præstigiis falsitatis suæ potuerit exhibere, quasi non fuerit legitima sua uxor, vult eam penitus à se sequestrare. Sin autem, vult eam tanquam propriam uxorem admittere, sed deinde quasi mæchata fue-

\* Editio Hel- rit, insimulare, atque \* per hoc hominem suum mestad. pio & hominem Thietbirgæ ad monomachiam impellere, & si homo ipsius Reginæ ceciderit, disponit hanc sine dilatione perimere. Qua quantum sint omni divinæ legi contraria, magnitudo prudentiæ vestræ credimus jam advertit.

De parricidis. Ex Capitul.

Addit. 1v. LXXIX. Quicunque propter cupidita.

Addit. 1 v. c. 85. Lib. 1. Leg. Longob. tit. 10, c. 4. LXXIX. Quicunque propter cupiditatem rerum patrem aut matrem aut fratrem aut fororem vel nepotem aut alium propinquum suum interfecerit, hereditas interfecti ad legitimos heredes perveniat. Interfectors verò hereditas in fiscum redigatur. Ipse verò ordinante Episcopo publicæ pænitentiæ sub datur.

De his qui ferro vinciuntur.

Ex eodem.

Lib. t. Capitular. c. 79. fine omni lege vagabundi vadunt per istanterram, non sinantur vagari ad deceptions hominum, nec isti ferro colligati atque constricti, qui dicunt sibi injunctum esse à sactidote ut vagi & profugi per patrias ambulens Melius nobis videtur ut uno in loco permaneant laborantes & servientes & patientiam habentes, secundum quod canonice impositum fuerit.

Caput istud non extat in libro primo Caput istud non extat in libro primo Caput tularium in vetustissimis codicibus manuscriptistis, non in regio, ex quo prima Paristenti editio prodiit, non in Rivipullensi, non di

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 243 mum in Colbertino. Vtrobique autem extat in appendice prima libri quarti cap. XXXIV. Editio porrò vulgata istius capitis, quam etiam praferunt vetusti codices, multum diversa est ab ea quam refert Regino. Illud sanè admonendum, pro eo quod Regino habet & patientiam habentes, in libris Capitularium Scriptum e se & ponitentiam agentes.

a fuunt

chiam

iderit,

. Quz

traria,

us jam

pidita-

ratrem

oropin-

terfett

fectors.

se vero

iæ fub

es, qu

F iftam

ptions ne con-

i facet

bulent perma-

ientian

impoli

to Capi-

zu scrip trisienst

71011 dt-

De faidis coërcendis:

LXXXXI. Si quis aliqua necessitate cogen-tular. c. 27. te homicidium commissit, Comes in cujus mi- Lib. 1. Leg. nisterio res est perpetrata & compositionem 9, c. 34 facere & faidam per sacramentum pacificare faciat. Quod si una pars ei ad hoc consentire noluerit, id est, aut ille qui homicidium fecit, aut is qui compositione suscipere debet, faciat illum qui ei contradicit ad præsentiam nostram venire, ut eum secundum tempus quod nobis placuerit in exilium mittamus, donec ibi castigetur, ut Comiti suo inobediens ulterius esse non audeat, & majus damnum non accreicat.

De femina quæ virum per maleficium interficit. Ex Pænitentiali cap. xv.

LXXXII. Mulier, si aliquos interimit arte malefica, id est, per poculum aut per aliquam artem, septem annis pæniteat. Si paupercula fuerit, quatuor annis pæniteat.

De eadem re. Ex Concilio Helibertensi.

LXXXIII. Si quis verò maleficio inter-ber. c. 6. ficiat alterum, eò quod sine idololatria persi-Burcha d. lib.

244 REGINONIS LIB. II. cere scelus non potuit, nec in finem percipiendam illi esse communionem.

## Unde suprà.

Halitgar.lib.

LXXXIV. Si quis maleficio suo aliquem perdiderit, septem annis pæniteat, & eletmosynas multas faciat.

#### De eadem re.

n

ti

Burchard, lib. LXXXV. Si mulier maritum suum caula 6. c. 39. fornicationis veneno interficit aut quacunque arte perimere facit, quia dominum & seniorem suum occidit, decem annis pæniteat.

> De his qui hominem suadent interfici. El Lege Romana. Pauli Sententiarum lib. v. cap. x x v.

Pauli Sent. lib. 5. c. 23. LXXXVI. Mandatores cædis, id ell, qui homines præcipiunt vel fuadent interfære, perinde ut homicidæ puniantur.

### De eadem re.

Ibid.

hominem, aliquando absolvitur; & qui non occidit, ut homicida tenetur vel damnatur. Consilium enim uniuscujusque, non sactum, puniendum est. Ideóque qui cum vellet occidere, id casu aliquo perpetrare non potuit, ut homicida punietur. Et is qui casu jactu telihominem imprudenter occidit, absolvitur.

De eo qui hominem castraverit.

Ex eadem.

LXXXVIII. Qui hominem libidinis

1bid.

DE ECCLES. DISCIPLINIS. aut negotiationis causa castraverit castrandúmque tradiderit, five servus sive liber sit, capite puniatur.

ipien-

iquem

elee-

a caula

unque

fenio-

ci. Ex

id ell, erfice-

terhot

ui non

nnatur

actum, et occi-

tuit, II teliho-

11.

ibidinis

at.

177

## Unde suprà.

LXXXIX, Si aliquis causa explendæ libidinis, vel odij meditatione, ut non ex eo soboles nascatur, homini aut mulieri aliquid fecerit vel ad potandum dederit ut non possit generare aut concipere, ut homicida teneatur.

Hoc totum idcirco ex lege Romana posuimus ut sacerdos ex lege perpendat modum pænitentiæ in talibus transgressionibus. Canonica enim auctoritas cum lege Romana ex maxima parte concordat.

De his qui circumciduntur. Ex eadem lege cap. XXIV.

Pauli Sent. XC. Cives Romani qui se Judaico ritu vel lib. 5. c. 22. servos suos circumcidi patiuntur, bonis ademptis in insulam deportentur, medici capite puniantur.

Si Judæus servum alienæ nationis circumciderit. Exeadem.

XCI, Judai, si aliena nationis compara- 1bid. tos servos circumciderint, aut exilio deportentur, aut capite puniantur.

De his qui semetipsos interficiunt. Ex Concilio Bracarensi cap. xv.

XCII, Placuit ut hi qui sibi ipsis aut per car. 1. c. 16. ferrum, aut per venenum, aut per præcipi- 4 c. 6.
Burchard lib. tium, aut suspendium, vel quolibet modo in- 19. c. 130.

Concil. Bra-

Q 11j

Vide lib. 6. Capitular. c. 344.

REGINONIS LIB. II. ferunt mortem, nulla pro illis in oblatione o. & lib. 7. commemoratio fiat, neque cum psalmis adse. pulturam eorum cadavera deducantur, Muli enim sibi hoc per ignorantiam usurparunt. Similiter & de his placuit fieri qui pro sceleribus puniuntur.

> De his qui in patibulo suspenduntur. Ex Concilio Mogontiacensi.

Concil. Mogunt. Sub Rhab. c. 27. 11. C. 76.

XCIII. Quæsitum est ab aliquibus fratribus de his qui in patibulis sufpenduntur pro Burchard lib. fuis sceleribus post confessionem Deo pera-Ctam, utrum cadavera illorum ad Ecclesias deferenda sint, & oblationes pro eis offerenda, & Missæ celebrandæ, annon. Quibus respondemus: Si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus & dignè pœnitentibus communio in fine secundum canonum justim danda est, cur non eis qui pro peccatis suis extremam pænam persolvunt? Scriptum est enim : Non judicat Dominus bis in il ipsum.

> De furibus & latronibus deprehensis. Ex Concilio Triburiensi.

Concil. Tribur. c. 31. Burchard. lib. pud Grat. 13. 9. 2. 6. 31.

X CIV. Fures & latrones fi in furando & prædando occidantur, visum est pro eis non pud Grat it i orandum : si comprehensi aut vulnerati, Prebytero vel Diacono confessi fuerint, comminionem eis non negamus.

DE ECCLES. DISCIPLINIS. ttione Qui propter cupiditatem Judæum vel pagaad le. num occiderit. Ex Concilio Multi Mogontiacensi. t. Si-XCV. Qui odij meditatione, vel propter Concil. Vvoreribus cupiditatem, Judæum vel paganum occiderit, Burchard, lib. quianon leve vitium committitur, ut homici. 6. c. 33. Ex dam convenit pænitere; quandoquidem nec exteris gentibus, nisi oblatam pacem respuerint, bellum est populo antiquo penitus infers frare præceptum. ur pro pera-Si quis insaniens hominem occiderit. las de-Ex eodom. enda, Concil. Vvor-XCVI. Si quis infaniens aliquem occide-mac.c. 18, esponponitentia imponenda est quam ei qui sana 6. c. 25. & apuram pœnitentia imponenda est quam ei qui sana pud Gratian. itenumente tale quid commiserit. Cui quamvis pœ- 15.9.1.c. 12: 10num nitentia sit imponenda, quia ipsa infirmitas eccatis causa peccati, licèt fortassis occulta contigisse iptum creditur, tanto tamen sit levior quam ei qui in idsanus aliquem occiderit, quantum inter sanum & infanum, inrationabile à rationabili is. constat esse discriminis. Siplures unum hominem occiderint. Ex ndod Concilio Mogontiacensi. is non , Pref. Burchard. lib. XCVII. Si quatuor aut quinque homines 6. c. 42. seu etiam plures contra unum hominem rixammy: tifuerint, & ab his vulneratus mortuus fuerit, quicunque eorum plagam imposuit, secundum statuta canonum ut homicida judicetur. Q 1111

248 REGINONISLIB. II.

Hoc caput Regino laudat ex Concilio Mogontiacensi, Burchardus & vetus canonum collector MS. in bibliotheca regia ex Concilio apud Vermerias cap. xc1x. Vtrobique autem amplior habetur quàm apud Reginonem,

tu

CC

CC

n

ro

CO

ha

eti

Sec.

2

de

cat

lav

nei

ma

De eo cui imputatur homicidium & probani non potest. Ex eodem.

Burchard, lib,

XCVIII. Ubi manifestari potest quemlibet hominem perpetrasse homicidium, secundum canonicam auctoritatem condignum pœnitentiæ judicium illi ingeratur. Si autem manifestis indiciis non potest probari eum homicidam esse, nec ipse vult consiteri, omnpotentis Dei judicio, cui omnia occulta manifesta sunt, reservetur. Et tamen indicetur quod communione ecclesiastica indignus sis, donec perpetratum crimen consiteatur, & per consessionem & pænitentiam condignam ab hoc crimine se absolvere certet.

ABHINC DE ADULTERIIS ET

FORNICATIONIBUS.

Ex Concilio Ancyrano.

Concil. And cyr. c. 19.
Halitgar. lib.
4. c. 9.
Concil. Vvor-

mac: c. 44.

XCIX. Si cujus uxor adulterata fuerit, vel si ipse adulterium commiserit, septemannorum pænitentia oportet eum persectionem consequi secundum pristinos gradus.

De eo qui uxorem habens, concubinam tenet. Ex Concilio Tolerano.

Concil. Tolet.

C. De eo qui uxorem habens, si concubi-

DE ECCEES. DISCIPLINIS. 249
nam habuerit, ut non communicet. Ceterum
is qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, à communione non repellatur, tantum ut unius mulieris aut uxoris aut
concubinæ, ut ei placuerit, sit conjunctione
contentus. Aliàs verò, vivens abiciatur, donec desinat & ad pænitentiam revertatur.

Mo-

onum

onci-

ue all-

onem,

obari

uem-

1, le-

gnum

utem

m ho-

mni-

a ma-

cetur

19 fit,

& per

m ab

ET

ierit,

manonem

uni

cubi-

De repudio. Ex epistola Innocentis Pape.

CI. De his etiam requisivit dilectio tua Decreta Inquinterveniente repudio aliis se matrimonio Rhab. epist. copulaverunt; quos in utraque parte adulte— ad Heribald. copulaverunt; quos in utraque parte adulte— ad Heribald. cos esse manifestum est. Qui verò vel uxore Burchard. libe vivente, quamvis dissociatum esse videatur 9. c. 72. conjugium, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri, in tantum ut ha etiam persona quibus tales conjuncti sunt, etiam ipsa adulterium commississe videantur, secundum illud quod legimus in evangelio: Qui dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, mechatur. & ideo omnes à communione si-delium abstinendos.

De feminis quæ relinquunt viros suos.

Ex Concilio Heliberitano.

CII. Item feminæ quæ nulla præcedente Concil. Elibecausa reliquerunt viros suos, & alteri se copuBurchard, lib.
laverunt, nec in sinem accipiant communio. 9. c. 62.
nem.

De adultero marito. Vnde suprà.

CIII. Item femina fidelis, quæ adulterum Concil Elibemaritum reliquerit fidelem, & adulterum du-Burchard.lib.
cit, prohibeatur ne ducat. Si autem duxerit, 9, c. 63.

REGINONIS LIB. II. 250 non priùs accipiat communionem quam is quem reliquit de seculo exierit; nisi fortene cessitas infirmitatis dare compulerit.

Canon est Eliberitani Concily, relatus ab omnibus decretorum collectoribus, Reginont, Burchardo , Ivone , Gratiano. Omnino alltem pravalui se videtur lectio qua bonanon est. Nam heic apud Reginonem, tum etian apud Burchardum & Ivonem parte 8. cm 199. legitur & adulterum ducit. Contrà, il omnibus editionibus canonum Eliberitano. rum, apud Rhabanum in capite tertio libri pænitentialis ad Otgarium, denique in vell stissimo codice MS. Reginonis, quo nos mimur in hac nostra editione, in veteri denique canonum collectione MS. que extat in bibliotheca regia, disertè scriptum est & alterum ducit. quam lectionem confirmat iden Rhabanus in epistola ad Heribaldum cap. 11. ubi pro his vocibus habet & alij nubit. Apul Gratianum verò legitur in antiquis editionibus: & alterum maritum duxerit. Nosila que vitiatam lectionem pratulimus sincera, II intactos servaremus fontes ex quibus But chardus suos rivulos derivavit.

De discidio. Ex Concilio Africano.

a

te

Concil. Afric. Burchard, lib. 9. 6. 64.

CIV. Placuit ut secundum evangelicam& Halitgar. lib. apostolicam disciplinam neque dimissus Pœnit. Rhab. uxore, neque dimissa à marito, alteri conjungantur, sed ita maneant, aut sibi reconcilientur. Quod fi contempferint, ad pænitentiam redigantur. in qua causa legem imperialempe tendam promulgari,

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 254

De eadem re. Ex dictis Augustini de Sermone Domini in monte.

àm is

tè ne-

tus an

71710714

no all-

na 11011

etiam

8. cap.

ra, III

ritano.

io libri

n vetile

eos htt-

denigni

in or

& alte

et iden

ap. 21.

. Apud

ditions-Tosila

cera, Ill

s Bur.

0.

cam &

(Tus ab

onjun-

cilien.

entiam

lem pe

I. Cor. 7. CV. Apostolus Paulus dicit: His qui sunt Burchard. lib. in conjugio pracipio, non ego, sed Dominus, 9.c.71 & a. uxorem à viro non discedere, quod si discesserit, 32. 9 7. 003. manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Potest enim fieri ut discedat ea causa qua Dominus permisit. Aut si feminæ licet virum dimittere etiam præter causam fornicationis, quid respondebimus de hoc quod dicit posterius, & vir uxorem non dimittat. Quare non addidit, excepta causa fornicationis, quod Dominus permittit, nisi quia similem formam vult intellegere, ut si dimiserit, quod causa fornicationis permittitur, maneat sine uxore, aut reconcilietur uxori. Et post pauca: Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti. Sed quia permisit, non justit.


De eadem re. Ex Capitularium lib. 1. cap. XIIII.

CVI. Utnec uxor à viro dimissa alium ac-Lib. 1. Capicipiat virum vivente viro suo, nec vir aliam Lib. 2. Leg. accipiat vivente uxore priore.

Longob. tit. 13. C. 4.

De legitimis conjugiis. Ex dictis Hieronymi.

CVII. Tria legitima conjugia in scriptu- 36. q. 2. c.8. ris leguntur. Primum legitimum conjugium est, virgo casta in virginitate viro data legitime. Secundum, virgo in civitate deprehensa à viro, & illi per vim copulata. Si voluerit pater ejus, dotabit eam ipse vir quantum judica-



DEECCLES. DISCIPLINIS. 253

Si conjugatus vult seculum relinquere. Ex epistola Nicolai.

licitia

quam

, filia

untas

tradet

rit el,

dditut

Dum

cipere

fatam

Paulus

Pub vi.

vit vii

uando

em ce-

igium,

cutum

t apud

ris, I

**XOTEM** 

igioms velum

, viril.

lierem.

postoli.

onftra.

s infor-

em ita

CIX. Itaque summo studio Thietbirgam Nicol. Id tonjugem tuam tanquam propriam carnem Burchard. lib. tovere ac diligere procurato, & ne illam à te 9.6.53. separari ullo pacto consentias, vigilanter attende. Unde si vult à te discedere, corripe, immo corrige eam, & à tali intentione per omnia revocare satage. Jam verò si amore pudicitiæ separationem quærit, & conjugalis connubij solutionem efflagitat, certum est, Apostolo dicente, quia mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Verum si & ipse pudicitiam sectatus, religionis obtentu copulam dissolvere vis, tantum ne simulate siat, concedimus. Nam licet sit scriptum, Quod Deu conjunxit homo non separet, Deus tamen, & non homo, separat quando divini amoris intuitu ex consensu utriusque conjugis matrimonia dissolvuntur. Si ergo hoc modo vis, gratuito permittimus animo, celerémque præbemus assensum. Aliter autem sieri mutuam separationem vestram prohibemus.

De eadem re. Ex dictis Basily Episcopi.

CX. Si quis vult conjugatus converti ad Burchard lib. monasterium, non est recipiendus, nisi prius a conjuge castimoniam profitente suerit absolutus. Nam si illa, vivente illo, per incontinentiam alteri nupserit, procul dubio adultera erit; nec recipitur apud Deum ejusmodi viri conversio, quam sequitur conjugalis scedetis prostitutio. Tales igitur tunc sine culpa se-

REGINONIS LIB. II. quuntur Christum, relicto seculo, si habeani ex pari voluntate castitatis consensum. De his qui conjuges fine judicio dimittunt. Ex Concilio Agathensi.

CXI. Hi verò seculares qui conjugalecon Lib. 7. Capi. sortium nulla culpa graviori dimittunt ve tular.c. 226. etiam dimiserunt, & nullas causas discident probabiliter proponentes, propterea suama trimonia dimittunt ut aut aliena aut inlica præsumant, si ante quam ante Episcopus comprovincialem discidij causam dixerint, & priùs uxores quam judicio damnentur abject runt, à communione Ecclesiæ ac populican pro eo quòd fidem conjugij maculant, exclidantur.

la

po

de

ub

Po eft

VO

Juc

CU

mi

ma

CUL

am

101 Jud

tiar

Ut omnis controversia, si judicio ecclesi stico expetit agitari, nequaquamad led lare judicium transeat. Ex Capitulare.

CXII. Statutum est ut quæcunque con troversiæ judicio & auctoritate ecclesiastic cœperint agitari, nequaquam ad seculare dicium transeant, ubi iteratò provocent, la ecclesiasticis sanctionibus terminentur. Nam à judicibus quos communis consensus elegrit ad alios judices non licet provocare, mi major auctoritas sit, secundum canonican normam. Si autem in seculari judicio, idella in Comitis placito, causa priùs fuerit ventil ta, secundum legem mundanam finiatur, la vo ecclesiastica legis privilegio.

DE ECCLES. DISCIPLINIS.

De eadem re. Ex epistola Nicolai Papa ad Karolum Regem.

abeant

tunt,

le con-

int ve discidi

ua ma-

inlien

copum

int, N

abjece

1 cott exclu-

cclefu.

ed fect

lare.

ie confiafuc

are ju nt, li

r. Nam

s elege.

re, Ill onican

, idell,

rentile.

ur. lal-

CXIII. Scripfit nobis Thietbirga Regina epitt. 50. tegia se velle dignitate seu copula exui, & so- Burchard. lib. la privata vita esse contentam desiderare. Cui 9. c. 49. nos rescripsimus hocaliter fieri non posse nisi eandem vitam conjux ejus Lotharius elegerit. Et post pauca: De retroacta controversia Thietbirga non debet ulteriùs ad iteratam responsionem provocari: quia quod semel bene definitum est, & interpositis juramentis deliberatum, nulla debet iteratione, nisi fortassis ubi fuerit major auctoritas, retractari.

De judicio ecclesiastico.

CXIV. Deinde quia Ecclesiæ refugium Nic. I. r. quærens, ecclesiasticum judicium semper expetens, seculari non debet judicio summitti. Post hacvero, cum nos ex utraque parte, id elt, tamà Rege quàm à Regina fuerimus provocati judices, nosque amborum controversiam executi simus, ad nullos alios convenit judices super hoc negotio convolare; cum secundum sacros canones à judicibus quos communis consensus elegerit non liceat provocate; & ubi concessa est provocatio, non nisi ubi major est auctoritas liceat provocare. Itaque cum non sitapostolicæ sedis auctoritate, quæ amborum negotium executa est, usquam ma-Jorauctoritas, nescimus si alicuiliceat de ejus judicare judicio vel ejus retractare senten-

REGINONIS LIB. II. 256

Ut nullus caufam judicatam iterare pralumat. Ex Capitularium lib. 111. cap. XXXI.

fi

m

a

111

Vi

Lib. 3. Capie tular. c. 310

CXV. Si quis causam judicatam repeten præsumpserit in mallo, ibíque testibus convictus fuerit, aut quindecim solidos compona, aut quindecim ictus à Scabinis qui causant prius judicaverunt accipiat.

Ut femina de adulterio inculpata, fi am marito debet inire certamen legale, su potestati debet ad tempus restitui. Es epistola Nicolai Papa.

Nicol. I. epist. 50. Burchard. lib, 9. C. 52. mond. nulla ratio patitur

CXVI. Præterea, sive de conjugij fæde re sive de adulterij crimine judicium sit agitandum, \* nulla ratione patet Thietbirgam cum \* Apud Sir- Lothario posse inire conflictum, vel legit mum controversiæ inire certamen, nisi prili ad tempus fuerit suæ potestati & consangu neis propriis libere sociata; inter quos etiam locus providendus est in quo nulla sit vis multitudinis formidanda, & non sit difficile testo producere vel ceteras personas quæ tam à lan ctis canonibus quam à venerandis Romanis legibus in hujusmodi controversiis requiruntur. Hæc ideirco diximus ut ostendamus quem legum conflictum Lotharius congred posse autumat cum persona quam in suis penso tralibus cotidie fatigat & conterit, quando vult ad judicium educit, quando vult ad clau stra reducit, & quando educta fuerit, nifica profiteatur quæ ipse præceperit &c. Propris igitur libertati committi & ab omni oppresso-

DEECCLES: DISCIPLINIS. ne ac potestate illius, cum quo initur conflictus, oportet liberari atque suis \*liberter uti, & \*licentet suspectas personas convenit declinare qui se ab object is oftendere cupit immunem.

Ne Episcopi sententia retractetur. Ex Lege Romana.

ælu-

petere

convi-

ponat,

aulam

fi cum

e, fuz

i. Ex

fæde-

igitan-

n cum

legiti-

i pridi

angui-

etiam

s mul-

telle

àlan manis

uirun-

damus

ngred

s pene

nando

d clau.

nili ea

ropria reffio-

neac

CXVII. Constantinus Imperator dicit: Li 1. Codi Pro sanctis ac venerabilibus habeatur quic- episc. jud. quid Episcoporum fuerit sententia termina tum, nec liceat ulteriùs retractari negotium quod Episcoporum sententia deciderit.

Si qua mulier mortem viri sui cum aliis confiliata sit. Ex Concilio quod factum fuit ad Vermeriam temporibus Pippinis Regis, cap. VI:

CXVIII. Si qua mulier mortem viri sui Concil. vercum aliis consiliata est, & ipse vir ipsius ho- Burchard. lib. minem, se defendendo, occiderit, & hoc probare potest, ille vir potest, ut nobis videtur, ipsam uxorem dimittere, & si voluerit, aliam accipiat. Ipsa autem insidiatrix, pœnitentiæ lubacta, absque spe conjugij maneat.

De ingenuo qui ancillam alterius acceperit. Exeodem, cap. VII.

CXIX. Si quis ingenuus homo ancillam Concil. Veralterius uxorem acceperit, & æstimat quod Burchard. lib. ingenua sit, si ipsa femina postea sueritinser- 9.0.26. vita, si eam à servitute redimere potest, faciat; si non potest, si voluerit, aliam accipiat. Similiter & mulier ingenua de servo alterius facere potest,

#### REGINONIS LIB. II. 258

Si fervus fuam ancillam concubinam habet, Ex eodem, capite VIII.

Concil. Vermer. c. 7.

CXX. Si fervus fuam ancillam concubinam habuerit, si ita placet, potest, illa dimissa, parem suam ancillam domini sui accipett

De liberto qui ancillam domini tenuerit, Ex codem.

a

al

fe

CC

ta fu

re

111

tri

Po

Concil. Vermer, c. 8.

CXXI. Si servus libertate à domino suo accepta, postea cum ancilla ejus adulterium perpetraverit, fidominus ejus vult, velit no lit, ipsam uxorem habebit.

> Si venditionis caufa servus & ancilla separentur. Ex eodem.

Concil. Vermer. c. 19.

CXXII. Si fervus & ancilla per vendition nis causam separati fuerint, prædicandisuntul fic maneant, si eos conjungere non possumus Sed Lex Romana longe melius de hacduntaxat causa præcipere videtur.

> De eadem re. In Lege Romana, cap. XXV.

Interpret. 1. divid.

CXXIII. In divisione, inquit, patrimo odos de com. niorum seu fiscalium dominorum, seu priva torum, observarispecialiter debet ut quia il justum est filios à parentibus, uxores à mail tis, cum ad quemcunque possessio pervenent, sequestrari, ut mancipia quæ permixta sue rint, id est, uxor cum filiis & marito suo, da tis vicariis, ad unum debeant pertinere, com necesse fuerit commutare quod sollicitudo of dinantium debet specialiter custodire, utsepa-

DE ECCLES. DISCIPLINIS. ratio fieri omnino non possit. Id etiam in venditione vel emptione videtur observari debere, ut quando quis maritum emerit; emat pariter & conjugem, nisi forte alterius ancilla fuerit. Hac de re lex jubet atque interdicit ut nullus fervus neque proprius neque ecclesiasticus neque de fisco ancillam alienam in conjugium ducat, similiter ancilla alterius servum nequaquam accipiat. quod si fecerit, irritum habeatur hujuscemodi conjugium, & pro adulterio deputetur. [ Vide lib. 1.leg. Longob. tit. 12. cap. 10.] Si maritus certa necessitate impellente extra ducatum fugerit. Ex Concilio unde supra. CXXIV. Si quis necessitate inevitabili Concil. Ver-cogente in alium ducatum seu provinciam su- Burchard. lib. gerit, aut seniorem sium, cui fidem & fideli- 9.0.54. tatem promissam mentirinon potest, secutus fuerit, & uxor ejus, cum valet & potest, amore parentum aut rerum suarum eum sequi noluerit, ipsa omni tempore, quandiu vir ejus quem secuta non fuit vivit, semper innupta permaneat. Ille verò qui necessitate cogente in alia patria manet, si nunquam in suam patriamsereversurum sperat, si se continere non potest, aliam uxorem accipiat, tamen cum pœnitentia. De eo qui uxorem suam permisit velare. Exeodem, cap. XXII. CXXV. Qui uxorem suam permiserit ve- mer. c. 2t. Concil. Vera lare, aliam non accipiat. Burchard. lib. 9. c. 46. Rij

abet

cubi-

limif-

ipere.

rit,

10 1110

erium

1t 110-

2

dittountul umus.

c dun-

trimo, priva-

na III-

marienent

a fue-

o, da-

e, cul do of-

clepan

# 260 REGINONIS LIB. II.

Si mulier sine licentia mariti sui velum accipiat. Ex decreto apud Compendium.

Concil. Compend. c. 3.

CXX VI. Mulier si sine licentia maritim Lib. 5. Capi- velum in caput miserit, si viro placuerit, rec-Burchard. lib. piat eam iterum ad conjugium.

De homine qui in alia provincia uxorem acceperit. Exeodem s cap. VIII.

Concil. Compend. c.6.

9. c. 47.

CXXVII. Homo Francus accepit beneficium à seniore suo in alia provincia, & duni secum suum vassallum; & post hæc suit ih mortuus ipse senior, & remansit ibi prædicus vassallus. Accepit autem homo alius iplum beneficium; & ut securus posset habereipsim vassallum, dedit illi mulierem de ipso benehcio, & habuit eam aliquo tempore. Et cum le senior duré ageret contra eum, dimissacon juge reversus est ad parentes senioris sui mot tui, & accepit ibi uxorem. Definitum est utillam quam postea accepit habeat.

De uxore antè contaminata. Ex eodem, cap. x.

PI pı

n

ac

ita

no

çį

Concil. Compend. c. 7.

CXXVIII. Si quis uxorem accepit, cam contaminatam inveniens dereliquit, aliam accepit, statutum est ut omnimodis priorem revertatur: quia & ipse, quando lam accepit, potest fieri ut virgo non esset;ne mulier lege viri tenerur quousque maritocon jungatur. Illa quam postea accepit, nubatou vult.

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 261 Ne furiosi matrimonio jungantur. Ex Lege Romana. CXXIX. Neque furiosus neque furiosa Paul. lib. 2. matrimonium contrahere possunt. sed si con- Burchard lib. tractum fuerit, non separetur. Si qui matrimonia sani junxerunt. Ex eodem. CXXX. Si qui matrimonium sani contra- Burchard. lib. xerunt, & uni ex duobus amentia aut furor aut 9. c, 28. aliqua infirmitas accesserie, ob hanc infirmitatem conjugia talium solvi non possunt. Similiter sentiendum de his qui ab adversariis cocantur, aut membris detrunçantur. Si cujus uxor adulterium perpetraverit. ExConcilio Nannetensi, cap. xx1. CXXXI. Si cujus uxor adulterium per-Concil. Nanpetraverit, & hoc à viro deprehensum fuerit & publicatum, dimittat uxorem, si voluerit, propter fornicationem; illa verò septem annis publicè pœniteat. Vir verò ejus, illa vivente, nullatenus aliam accipiat. Quod si voluerit adulteram sibi reconciliari, licentiam habeat; ita tamen ut pariter cum illa pœnitentiam agat; & exacta pænitentia, post septem annos ad communionem uterque accedat. Similis forma & in muliere servabitur, si eam viç cjus adulteravit. Si non sociati conjugio fornicati fuerint. Ex eodem, cap. XXII.

CXXXII. Si qua mulier non habens vi- Concil. Nan-R iij

velum

ritifu

, reel-

rem

bene-

c duxi

uit ibi

edictus

iplum

iplum

bench

Ta con-

i mor

Autil

dem,

pit, &

uit, X

odis ad

ndo il

Cet; nec

to con-

batch

rum aut vir non habens uxorem fuerint formicati, tribus annis pæniteant.

Quid si unus absolutus & alter copulatus adulterati fuerint. Ex eodem.

Coneil. Nannet. c. 14. Burchard. lib. 9. c. 70.

CXXXIII. Quod si vir non habent uxorem cum alterius uxore adulteraverit, am si qua mulier non habens virum cum alterius viro, ille qui sedus violavit conjugij, septem annis, ut supra dictum est, pæniteat; ille qui lege conjugij non tenetur, quinque annis peniteat. Neque enim æqualis pænitentia danda est his quibus sufficere poterat ad explendam libidinem suam conjugij amplexus, & illis qui conjuge carentes, ardore libidinis impellente in fornicationem ceciderunt.

De eadem re. Ex Panitentiali.

CXXXIV. Si quis vacans uxore, polluit se cum alterius uxore, annis duobus panteat. Similiter de feminis observandum.

Si ux orațus ancillam propriam tenuerit.

priam tenuerit, annum unum pœniteat, velmalio anno tres quadragesimas & legitimas serias, & tribus mensibus priùs se à sua contineat conjuge. Ancilla verò, si vim passa el quadraginta dies, si consentiens fuerit, tresmanno quadragesimas & legitimas ferias pœniteat.

66429

DE ECCLES. DISCIPLINIS. Si laicus cum laica femina fornicatus fuerit. Ex eodem.

forni-

us

abens

it, aut

terius eptem

le qu

is pa-

danda

endam

llis qui

ellente

, pol-

peni-

erit.

pro-

, velin

nas fe-

conu-Ta elti

tresin

poni-

CXXXVI. Si laicus cum laica femina, Burchard. lib. id est, uterque absolutus à lege conjugij, tres annos pæniteat; & quanto læpius & neglegentius ea peccata commiserunt, tanto magis & tempus addatur & modus pænitentiæ.

De conjugato qui sæpius fornicatus fuerit. Ex Concilio Heliberitano.

CXXXVII. Si quis fidelis habens uxo- Concil. Elirem non semel sed sæpius fuerit mæchatus, in Rhab. epist. ine mortis est conveniendus. Quod si se pro- ad Heribald. milerit cessaturum, detur ei communio. Si re- Burchard. lib. suscitatus, rursus fuerit mœchatus, placuit 9. c. 67. ulterius non illudere alios de communione pacis.

De eo qui lapsus semel est. Ex eodem Concilio.

CXXX VIII. Si quis forte habens uxo-Concil. Elibetem, semel fuerit lapsus, placuit per quinquennium agere de ea re pænitentiam, & sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc& circa feminas observandum.

Cur non communicant viri cum adulteris uxoribus. Ex epistola Innocentiq Papa.

CXXXIX. Et illud desideratum est sciri, Decreta Incur communicantes viri cum adulteris uxori- Rhab. epift. bus non conveniant, cum è contrà uxores in ad Heribald. Rinj

noc. I. c.14.

REGINONIS LIB. II.

9. c. 77.

Burchard. lib. confortium adulterorum virorum manere videantur. Super hoc Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat, Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem uxores adulteras liberiils apud sacerdotes deferre consueverunt. Et ideo mulieribus, prodito earum crimine, comminio denegatur. Virorum autem commissola tente, non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur; qui utique submovebitur, sieju flagitium detegatur. Cum ergo causa parsit, interdum, probatione cessante, vindictana rio conquiescit.

> Si confcio marito uxor fuerit mœchata. Ex Concilio Heliberitano.

CXL. Si conscio marito uxor fueritme Concil. Eliberit. c. 70. Burchard lib. chata, placuit nec in fine dandam ei commi nionem. Si verò eam reliquerit, post decem 9. 0. 69. Vide Leg. annos accipiat communionem. Longob. lib. 1. tit. 32. c. 6.

Si quis cum Judæa vel gentili mœchatus fuerit. Ex eodem.

n

t

ri

n

Concil. Eliberit. c. 78.

CXLI. Si quis fidelis habens uxorem, cum Judæa vel gentili fuerit mæchatus, à commi nione arceatur. Quod si alius eam duxeri, post quinquennium, acta legitima ponitentia, poterit dominicæ fociari communioni.

Editio Helmastadiensis & codex MS.P. risiensis constanter legunt eam duxerit. Apul Rhabanum verò in epistola ad Heribaldum cap. x x v 1. eum duxerit. Consensus iste fe cit ne eam lectionem mutaremus. Nam suDreches. Disciplinis. 265
picabar vocem duxerit corruptam esse apud
Reginonem, quòd in editionibus Concily
Eliberitani scriptum sit eum detexerit.

De lenocinio. Ex eodem Concilio.

CXLII. Mulier, vel parens, vel quæli- Concil Eliberit, c. 12.
bet sidelis, si lenocinium exercuerit, eò quòd
alienum vendiderit corpus vel potiùs suum,
placuit eam nec in sinem accipere communionem.

Ne Judæus Christianam ducat uxorem.

Ex Lege Theodosiana lib. 1x.

CXLIII. Nec Judæus Christianam, nec Interpret. 15.
Christianus Judæam ducat uxorem Quòd si dos de adul, fecerit, cujuslibet accusatione velutin adulte- teris.

Ut alterius mulierem nullus accuset. Exeodem lib. cap. 1 v.

CXLIV. In adulterio extraneam mulie- Interpret. 1. 2.2 rem nemo accuset, sed propinqui ad quorum Cod. Theodos. de adulnotam pertinet, id est, frater germanus, pa-teris. truelis, patruus, & consobrinus. Reliqui tamen ante inscriptionem, si accusata adquieverit, possunt per satisfactionem veniam promereri.

Demaritis accusantibus. Ex eodem.

CXLV. Maritis sanè etiam ex suspicione Cod. Theod. accusare permission est.

Burchard. lib. 16, c. 37.

5 + 5

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

dulte-

mnat, ilterio

a vin-

berius Et ideo

mmll

Mola-

onibus

si ejus

par III,

tæ 12-

ita.

it mo

mmu-

decem

atus

n, cum

mmu.

uxeni,

S.Pa-

Apud

aldum iste fer

n suff

266 REGINONIS LIB. II.

Ut familia de adulterio distringatur.

Ex eodem.

Interpret 1.4. Cod Theoclof. cod. tit.

CXLVI. De adulterio uxorum manus per tormenta familiæ utriusque, id est, sua e uxoris, quærere permittitur; si tamen illo tempore quo admissum dicitur, hæcipsa mancipia præsentia aut in eadem domo suisse probantur. Similiter & si mortem sibi ab uxot adultera maritus paratam suisse conquerium. Similiter etiam samiliæ utriusque pæna que rendum est si maritus mortem uxori qualiber ratione paraverit.

Si ingenua servo proprio se miscuerit.

Ex eodem, cap. v 1.

It

IC

ce

pa

ne

Interpret I. CXLVII. Si qua ingenua mulier serva un. Code proprio se occultè miscuerit, capitaliter pur mulier qua se niatur. Servus etiam qui in adulterio domini convictus fuerit, ignibus exuratur. Servis etiam hoc crimen accusare licet; & si probaverint, libertatem consequantur; & si non, puniantur. Hereditas mulieris vel filiis, si sur ex maritis suscepti, vel propinquis ex lege venientibus tribuatur.

Quando permittatur uxor occidi. Pauli Sutentiarum libro 11. cap. XXVII.

Pauluslib. 2. CX LV III. Inventam in adulteriouxorem maritus ita demum occidere potest, sadulterium domi comprehendat.

De reo lenocinij. Ex eodem.

CXLIX. Eum qui in adulterio deprehen-

Paul. ibid;

DE ECCLES. DISCIPLINIS. famuxorem non statim dimiferit, reum lenocini postulare placuit.

r.

nanus

fuæ&

en illo

a manle pro-

eritui

a quz 1alibet

erit.

fervo

er puomina

Servis

proba-

s non, , fi funi

ege ve-

ili Sen.

ouxo

eft,

rehen-

I.

De dilatione in causa adulterij. Ex eodem.

CL. In causa adulterij, si manifestum fue- Paul. ibid. rit, dilatio postulata impertiri non potest. [ Apud Paulum: dilatio postulata impetrari non potest.

De virginibus laicis. Ex Concilio Heliberitano.

CLI. Virgines quæ virginitatem suam Concil. Elibenon custodierint, si eosdem qui eas violave- Rhab. epist. unt maritos acceperint, eo quod folas nup- ad Heribald. tias violaverint, post poenitentiam unius anni Burchard. lib. reconcilientur. Si alios cognoverint viros, eo 9. c. 14. quod mæchatæ sunt, quinquennio pæniteant, whicad communionem accedant.

De his qui fidem sponsaliorum frangunt. Ex eodem.

CLII. Si qui parentes fidem fregerint Concil. Elibesponsaliorum, triennij tempore abstineant. Si tamen idem sponsus vel sponsa in gravi crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes.

De benedicenda sponsa. Ex Concilio Carthaginensi.

CLIII. Sponsus & sponsa, cum benedi- concil. Cara cendi sunt à sacerdote, à parentibus suis vel à Burchard. lib. paranymphis offerantur. Qui cum benedictio- 9. c.s. nem acceperint, eadem noste pro reverentia

268 REGINONIS LIB. II. ipsius benedictionis in virginitate permaneant.

Ut nullus alterius sponsam accipiat. Ex epistola Siricy Papa.

C 9

b

a

te

I il

to

10

n

CI

fi

2

Decreta Siricij CLIV. De conjugali autem violationere. Halitgar. lib. quififti, si desponsatam alij puellam altern Burchard, lib. matrimonium possit accipere. Hoc ne siat modis omnibus inhibemus: quia illa beneditho, 9. C. 31. quam nupturæ sacerdos imponit, apud hdels cujusdam sacrilegij instar est si illa transgre-

> De raptis puellis & desponsatis, En Concilio Ancyrano.

Concil. An-CLV. Desponsatas puellas, & postabalis cyr. c. 10. Halitgar. lib. raptas, placuit erui, & eis reddi quibus ante 4. C. 18. fuerant desponsatæ, etiamsi eis à raptoribu Rhab. epist. ad Heribald. vis inlata constiterit. C. 20. Burchard lib.

fione violetur.

9. C. 38.

C. 24.

De eadem re. Ex Capitularium lib.1. cap. XCIX.

CLV I. Proinde placuit atque statutumel Lib. 1. Capià sacro conventu ut raptor publica pænitentia tular. c 105. Capitulare multetur. Raptam verò si sponsus recipere Aquilgran. noluerit, & ipsa eidem crimini consentient Ludovici Pij Burchard, lib. non fuit, licentia nubendi alij non negetut. Quòd si & ipsa consensit, simili sententia sub-9.6.37. jacebit. Quod si & ipsi post hæc se conjungere præsumpserint, utrique anathematizenu.

De eadem re. Ex Concilio Meldensi cap. LXIX.

CLVII. De his qui sponsas alienas ra-Concil Meld, C. 68.

DE ECCLES. BISCIPLINIS. 169 piunt antiqua & synodalis sententia observe- Burchard. lib. tur. Quod etsi forte in Ecclesia eventus talis 9. c. 32. reperiridinoscitur, ut pro salutis & religionis competentia humanius quiddam \* debeat tra- \* debeant tradari Pontifices, sicut canonica, ut eisdem ver- dare Pont. bis utamur, docet auctoritas, quia prior, inquiens, definitio durius, posterior autem quiddam tractavit humanius, nullo modo ut ad maximam indulgentiam descendamus, alterius sponsæ acceptor sine publica transeat penitentia, & sponso legaliter multam componat, quod si hæc obedire renuerit, sine ulla refragatione anathematizetur. fautores verò ıllius, juxta modum culpæ, episcopali decretopæniteant. Si verò, quod non optamus, de gradu ecclesiastico talibus nuptiis se consensorem velinterventorem manifeste prodiderit, à gradu proprio repellatur. & si verisimilibus exinde suspicionibus fuerit propulsatus, canonice se purget.

erma .

Ex

one re-

alterm

at mo-

dictio,

fideles

nfgref-

N

ab alus

is ante

oribus

. I.

umell

itenua

cipere

entiens

getur.

æ fub-

unge-

entu.

as ra-

ns

De non sponsatis. Ex Capitularium lib. 1. cap. XCVIII.

CLVIII. De puellis raptis necdum des-Lib. 1. Capiponsatis in Chalcedonensi Concilio scriptum Capitulare est: Eos qui rapiunt puellas sub nomine simul Aquisgranen habitandi, cooperantes, & conhibentes raptori- c. 23. bus, decrevit sancta synodus, si quidem Cleri- Burchard. lib. ci sunt, decidant à gradu proprio ; si verò laici, anathematizentur. Quibus verbis datur intellegi qualiter hujus mali auctores damnandi lunt, quando participes & conhibentes tanto anathemate feriuntur, & juxta canonicam audoritatem ad conjugia legitima raptas sibi ju-

270 REGINONIS LIB. II. te vindicare nullatenus possunt.

De raptoribus virginum & viduarum, Ex Concilio Meldensi.

Concil. Meld.

Qui etiam postea voluntate parentum & cerera. Require retro in primo libello de ordinatione Clericorum cap. CCCXVI.

De eadem re. Ex eodem, cap. LXV.

Vi

te

fa

m

fu

Concil. Meld. c. 65. Burchard. lib. 3. c. 39.

C.L X. Si autem qui necdum eas quastapuerunt, cum voluntate parentum sub prata to desponsionis vel dotalitij nomine in conjugium sumptas habent, quando in omniumalres hæc fuerit constitutio promulgata, ab estum conjunctione separentur, & publica panitentiæ subigantur; raptæ autem parenubu legaliter restituantur. Post actam vero publicam pænitentiam, si ætas & incontinentis exegerit, legitimo & ex utrisque partibus placito conjugio socientur. Nam in his non regulam constituimus; sed, ut verbis magni Leonis utamur, quid sit tolerabilius æstima mus. Quod si unus ex conjugatis obierit, " qui publicam pœnitentiam egerit, & supersto extiterit, iterare conjugium non præsumat.nil forte Episcopus præviderit aliquam concede re indulgentiam, ut graviorem possit amovet offenlam.

De eadem re. Exeodem, cap. LXVI.

Concil. Meld. c. 66. Concil. Rom, fub Greg. 2. c. 10. II.

C L X I. Qui verò deinceps rapere virgines præsumpserit vel viduas, secundum synodalem beati Gregorij dissinitionem ipsi & com-

DE ECCLES. DISCIPLINIS. plices eorum anathematizentur, & raptores sinespe conjugij perpetuo maneant.

De eadem re. Ex epistola Symmachi Papa.

m.

uarum,

& cete.

ordina-

[.

V.

uas rapræta-

conju-

um au-

ab ea-

æ pæ-

entibus

publi-

inentia

us pla-

ion re-

magn

estima.

erit, B

perites

nat, nih

ncede-

novere

VI.

irgines

7110da-

com.

CLXII. Raptores igitur viduarum vel symmach. virginum ob immanitatem tanti facinoris de- Halitgar. lib. testamur, illos vehementius persequendo qui 4. c. 16. facras virgines vel volentes vel invitas matri- 9. c. 34. moniosuo sociare tentaverint. Quos pro tam \* nefandissimi criminis atrocitate à commu- \* Ita etiam in nione suspendi præcipimus.

De his qui sanctimoniales rapiunt. Ex Concilio supradicto, cap. LXVII.

CLXIII. Qui sanctimoniales virgines Concil.Meld. vel viduas rapiunt, & progressu etiam criminis Burchard. lib. in conjugium sumunt, publicæ pænitentiæ 8.c. 52. lubigantur. Uterque autem fine ulla spe uxona copulationis perenniter maneant. Si vero, quod absit, conjugia iterare præsumpserint, acriori subdantur vindica, & ampliùs propellantur. Quod si forte obedire monitis salutaribus noluerint, anathematizentur.

Ineditione Helmæstadiensi legitur, publicæ pænitentiæ tradantur & ad habitum religionis redire cogantur. Uterque &c. Codicis verò Parisiensis lectio ea est quam prafert hac nostra editio. V trobique autem mutilus est hic locus; qui sic supplendus est ex editione Sirmondi & veteri codice nostro: publicæ pænitentiæ, juxta modum quem præviderit Episcopus, subigantur. Ipsæ verò locis congruis pœnitentiæ retrudantur, & ad habitum &c.

# 272 REGINONIS LIB. II.

De eadem re. Ex epistola Siricy Papa.

Decreta Siri-8. C. 29.

CLXIV. Impudicas detestabilésque per-Burchard lib, fonas (monachorum scilicet atque monacha rum, quæ abjecto proposito sanctitatis inlic. ta ac facrilega contagione se miscuerint) monasteriorum cœtu Ecclesiarumque conventibus eliminandas esse mandamus:qualnus retrufæ in suis ergastulis, tantum facinus continua lamentatione deflentes, purificatorio possint pænitudinis igne decoqui, ut es vel ad mortem saltim, solius misericordizintuitu, per communionis gratiam possit subveniri.

De eadem re. Ex epistola Gregory Papa.

ne ric

re

po

acc

fua

pri

1po

D

Apud. Gratian. 27. q. 1. C. 15.

CLX V. Pervenitad nos quòd quidam vi nequissimus diabolico instinctu de monasteno suaserit exire quandam Deo sacratam, atque à quodam viro, unde exierat, sit revocation rursusque eam vir ille nequissimus iniquali sione de monasterio eiciens, apud se nune que retineat impudice. Volumus autem, " episcopatus tui auctoritate in monasteriumit voceturac retrudatur.

De eadem re. Ex epistola Gelasij Papa.

Decreta Gela-8. C. 32.

CLXVI. Virginibus facris fe quosdam Burchard. lib. fociare cognovimus, & post dicatum propole tum incesta fædera sacrilegaque miscert Quos protinus æquum est à sacra communio ne detrudi, & nisi per publicam privatamque pænitentiam non recipi. viaticum tamen de feculo exeuntibus, si tamen pænituerint, non negari.

DE ECCLES. DISCIPLINIS.

Da.

ie per-

nachainlici-

int) a

e con-

quan-

facinus

ficato-

, tit els

diæin-

Subve-

apa.

lam vi

nasterio

, atque

vocata na lua

unc u

tem III

jumil

apa.

Holdam

ropoli

niscere.

munio-

ámque men de nt, non Ut Episcopus monasterium monachorum vel puellarum introcat. Ex Concilio Rotomagensi.

CLXVII. Ut Episcopus monasterium Burchard. lib. monachorum & sanctimonialium frequenter introcat, & cum gravibus & religiofis personis in eorum vel earum conventu residens, eorum vitam & conversationem diligenter discutiat; & si quid reprehensibile invenerit, corngere satagat. Sanctimonialium etiam pudicitiam subtiliter investiget. Et si aliquam invenerit que, negle cto proposito castitatis, Cleilco aut laico impudenter miscetur, acriter verberibus coerceatur, & in privata custodia tetrudatur, ubi quod malè commisit dignè peniteat. Interdicat autem ex auctoritate sanctorum canonum ut nullus laicus aut Clericus in earum claustris & secretis habitationibus accessum habeat, neque Presbyteri, nisi tantilm ad Missam. Expleta Missa, ad Ecclesias luas redeant. Omnibus præterea publice & privatim denuntiet quantum piaculum sit qui sponsam alterius violat, quanto magis reus majestatis efficitur qui sponsam omnipotentis Dei corrumpit.

Mutila est postrema pars istius capitis ; qua sic restituenda est ex Burchardo: quantum piaculum sit qui sponsam Christi violare præsumit. Si enim ille reus tenetur qui Iponsam hominis violat, quanto magis &c.

S

REGINONIS LIB. II. 274

Ut Abbatissa de monasterio non egrediant. Ex Concilio Mogonciacensi cap. XVI.

Concil. Mogunt. fub Rhab, c, 16 8. c.80.

CLX VIII. Abbatissa nequaquam de monasterio egrediatur nisi per licentiam Epi-Burchard. lib. copi sui, nisi forte regali justione cogatur. li si quando foras pergit, de sanctimonialibus quas fecum ducit curam maximam habeat," nulla eis detur occasio peccandi.

> Quid agere debeant san Etimoniales. Ex eodem.

8. c. 77.

Concil. Mo- CLXIX. Sanctimoniales in monasten Rhab. c. 16. constitutæ habeant studium in legendo & Burchard. lib. cantando, & horas canonicas follemniterpa riter celebrent, & omnes, exceptis quas ilfirmitas tenet, in dormitorio dormiant, omnibus diebus ad Capitulum & collations veniant, & regulam à sanctis patribus constitutam diligenter observent.

> De cautela sanctimonialium. Ex Concili Hispalensi.

E

re ri

Concil, Hifpal. 2. C. II. 8. c. 53.

CLXX. Hæc circa omnes cautela serve Burchard. lib. tur, ut remoti à peculiaritate virginum, 16 usque ad vestibulum habeant accedendisant liare permissum. Nec ipse qui præest cumsol conloqui debet, sed sub testimonio duarun aut trium fororum, ita ut rara fit accessio, bro vis locutio.

> Ne Clerici vel continentes ad virgines ingrediantur. Ex Concilio Carthaginens.

Concil, Carthag. 3. c. 25. CLXXI. Ut Clerici vel continentes Al

DE ECCLES. DISCIPLINIS. viduas vel virgines, nisi ex justu aut permistu Episcoporum aut Presbyterorum, non accedant. & hoc non soli. sed nec ipsi Episcopi & Presbyteri. sed ubi Clerici præsentes sunt, aut aliqui graves Christiani.

diamir

am de

n Epilitur, El

nialibus

peat, II

les.

nasteno

10 &11

liter pe

juas III-

ant, &

lations

bus 1

oncilio

la ferve

um, pa

di fami

um fols

duarum

Tio, bit

ies ille

1011/1.

De corruptis sanctimonialibus. Ex epistola Innocentij Papa.

CLXXII. Quæ in Christo spiritaliter nu- Decreta Inbunt, si postea publice nupserint, vel se clanculo corruperint, non eas admittendas esse ad 4. c. 19. agendam poenitentiam, nisi is cui se junxerat Eurchard. lib: de mundo recesserit. Si enim de hominibus hæcratio custoditur, ut quæ vivente viro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agenda pænitentiæ licentia concedatur, nisi unus ex his fuerit defunctus, quanto magis de illa tenendum est quæ ante immortali se sponso conjunxerat, & postea ad humanos amplexus transmigravit:

Haligar, lib.

De secularibus viduis. Ex Concilio Meldensi Lxxi.

CLXXIII. Ut illæ quæ quasi sanctimo- concil Meld. males sub velamine religionis degere viden- c.70.
Burchard libi tur, sed potius in delitiis viventes mortuæ in 8. c. 50. divinis oculis computantur, provincias discurtentes, curiosè & verbosè, si libidinibus ceterisque carnalibus desideriis & voluptatibus inservire accusantur, si manifeste detegi potuerint, episcopali auctoritate & regia potelate in talibus locis residere sub testimonio religioso cogantur, ubi pænitentiam si fecerint dignam, assequantur etiam fructuosain. Si au-

tem manifeste detegi non valuerint, erga Ecclesiam sux opinionis malam famam legaliter purgare cogantur, & ut religiosi de cetero vivant, & in monasteriis conversentur, epilocopali decreto & regia potestate coërceantur. De his enim Apostolus dicit: Qua cum formatata fuerint in Christo, nubere volunt.

fc

Pifo

ac

vi

lic

fid

re

tu

CE

qu

VI

CU

lie

lie

ra

eu

1110

pro re

bu

de

Caput istud multum diversum est ab edillinibus vulgatis Concily Meldensis. Et tamu sic ut à nobis editum est legitur in codice MS. Reginonis & in editione Helmastadiens; in siquod in editione illa, vitio hauddubièliburiorum, verba qua sequuntur omisa sum fructuosam. Si autem manifest è deteginon

valuerint, erga Ecclesiam &c.

De eadem re.

1. Tim.5.
Burchard.lib.
8. c. 41. &
Ivo parte7.
6. 59.

CLXXIV. De viduis Apostolus diche Pracipe, inquit, ut vidua inreprehensibiles similian operibus bonis testimonium habens, si film educavit &c. Adules centiores viduas devita Cùm enim luxuriata fuerint, in Christo nubri volunt, habentes damnationem, quia primate sidem irritam fecerunt. Simul & otiosa discunt circuire domos, non solum otiosa, sed & verbi ergo juniores nubere, filios procreare, matresse milias esse, nullam occasionem dare adversam maledicti gratia. Fam enim quadam conversas retro post Satanam.

De eadem re. Ex Lege Romana.

CLXXV. Viduarum sanè obstinationi.

Nov. Majoriani tit. 8.

DE ECCLES. DISCIPLINIS. bus permovemur, quæ nulla prole suscepta focunditatem suam reparatione familiæ repudiata conjugij iteratione condemnant, & solitariam vitam non, ut colligitur, religionis ac pudicitiæ amore, sed potentiæ lasciviæque vivendi eligunt libertatem. Quibus ad omnem licentiæ usum aut solicitantium personarum fictareligione aut favore callidi captatores adplaudunt. Has ad honestioris vitæ tramitem revocantes sancimus ut maritali obitu destituta mulier quadragenaria, cum adhuc procreare liberos per ætatem potest, intra quinquennium nubat. Emenfo quinquennio si in viduitate perfistit, mox cum propinquis suas dividat facultates; aut si hi fortasse defuerint, cum fisco \* matrimonium dividat.

a Ec-

aliter

cetero

epil-

antur,

form.

editlo-

tamen

MS.

nsi;m

è libra-

s Sunt

gi non

dicit es sint

norum

a filias

devita

nubert

rimall

dis Cum

verbo.

t. Volt

etresfa-

er farii

ier fati

tion

patrimon.

Ne sanctimoniales palatium & publicos conventus adeant. Ex Concilio Nannetensi.

CLXXVI. Cûm Apostolus dicat, Mu-1. Cor. 14. lieres in Ecclesia taceant, non enim permittitur net. c. 19. eis loqui, mirum videtur quod quædam mu- Burchard.lib. lierculæ contra divinas humanafque leges attrita fronte impudenter agentes, placita generalia & publicos conventus indefinenter adcunt, & negotia regni utilitatésque reipublice magis perturbant quam disponunt, cum. indecens sit & etiam inter barbaras gentes reprehensibile mulieres virorum causas discutete, & quæ de lanificiis suis & operibus textilibus & muliebribus inter genitiarias suas residentes debuerant disputare, in conventu publico, ac si in curia residentes, senatoriam

S 111

278 REGINONIS LIB. II. sibi usurpant auctoritatem. Quæ ignominiola et præfumptio fautoribus magis imputanda videtur quam feminis. Unde, quia divina leges, D ut supra monstratum est, hoc contradicunt, & gi humanæ nihilominus idipfum prohibent, " feminæ nihil aliud prosequantur in publico quam fuam caufam. Ait enim Lex Theodo-Interpret. 15. siana: Nulla ratione femina amplius quan Cod. Theod. lu suas causas agendi habeant potestatem, nec alde cognitor. & procurator. cujus causam à se noverint prosequendam. le de circo ex auctoritate canonica interdicimus u eff nulla fanctimonialis virgo vel vidua conventus generales adeat, nisi à Principe suerit evoob cata, aut ab Episcopo suo, nisi forte proprie tu necessitatis ratio impulerit. & hoc ipsum cum licentia Episcopi sui. Quando virgo veletur. Ex Concilio Africano. ta Si CLXXVII. Ut virgines non velentu Concil. Afric. th C. 93. ante vigefimum quintum annum atatis, mi Lib. r. Capifortè necessitate periclitantis pudicitia virgitular. c. 46. Burchard. lib. nalis; & , ut Gelasius Papa dicit , nisi in Ep 8. c. 18. phania & in Albis paschalibus & in Apostolo Decreta Gelafj c. 12. rum natalitiis non funt consecrandæ, nisicalla mortis urgente. ar De eadem re. Gelasius. m Decreta Gelafij c. 13. Lib. 1. Capi-CO CLXXVIII. Viduas autem velare Ponto tular. c. 59. Burchard. lib. tificum nullus attentet. Virgines quæ ante duodecim annos inscis 8. c. 36. mundiburdis suis sacrum velamen capiti suo Concil. Tribur. C. 24. Burchard. lib. imposuerint, & illi mundiburdi integrum and num & diem hoc tacendo consenserint, in S. c. 10.

BIBLIOTHEK PADERBORN

DE ECCLES, DISCIPLINIS. 279 lancto propolito permaneant. Et si in prædicto anno & die pro illis le proclamaverint, peutioni eorum allenfus præbeatur; nisi fortè Dei timore tacti, cum eorum licentia in religionis habitu perseverent.

iniola

da vi-

leges,

unt,&

nt, II ublico

eodo-

quan

ec all-

n. Id-

nus u

nven-

it evo-

copriz

n cum

0 .-

lentu

is, mil

VIIIIn Epi-

Stolo-

fi cau-

Pon

insch iti luo

m an-

it, il

De eadem re. Ex eodem Concilio.

Concil. Tri-

CLXXIX. Viduæ quæ spontanea vo-bur. c. 25. luntate ab altari facræ conversationis vela - Burchard. lib. mensulcipiunt, decrevit sancta synodus in eodem proposito eas permanere. Non enim fas esse decernimus ut postquam se Domino semelsub velo consecraverint, & inter velatas oblationes fecerint, iterum eis concedi Spiriun lancto mentiri.

## Zacharias Papa cap. VII.

Virginem aut viduam, nisi is qui desponsa-Burchard.lib. tam habuerit, nullus audeat furari in uxorem. 9. c. 13. Si quis hoc temerario ausu præsumpserit, anathema sit. [ Caput istud non extat in codice Parisiensi.]

Item de sanctimonialibus. Ex eodem Concilio.

CLXXX. Sanctimonialis si pro lucro anima sua cum licentia Abbatissa sua aliud monasterium pergere disposuerit ibidémque commanere, decrevit synodus concedi. Si veto fuga disciplinæ alium locum quærit, redire cogatur.

De concubinis. Ex epistola Leonis Papa.

CLXXXI. Non omnis mulier viro con-Decreta Leon. S iiij

REGINONIS LIB. I. Burchard. lib. juncta uxor est viri, quia non omnis filius he. res est patris. Itaque aliud est uxor, aliud concubina; ficut aliud ancilla, & aliud libera. Ancillam staque à thoro abicere, & uxoremettæ ingenuitatis accipere, non duplicatiocon jugij, sed profectus honestatis est. Dubium enim non est eam mulierem non pertinereal matrimonium in qua docetur nuptiale non fuisse ministerium. Nisi forte illa mulier &in genua facta, & dotata legitime, & publica nuptiis honestata videatur. Ut de captivitate venientibus maritis uxord propriæ reformentur. Ex epistola Leonis. CLXXXII. Quod debeant feminæ qua, Decreta Leonis I. c 42. Burchard. lib, capris viris & in captivitatem ductis, aliis viris nupserunt, putantes interemptos maritos, 9.6.550 reversis de captivitate prioribus viris copulant ut cuique id quod legitime habuit reformetut, & recipiat unusquisque quod suum est, & redintegrentur fædera nuptiarum. De eadem re. Ex eodem. CLXXXIII. Quod non probaturelle Decreta I.co I culpabilis qui uxorem capti in matrimonio nis 1. c. 43. 44.45. videtur esse sortitus. Et si viri de captivitate Burchard. lib. regressi, intemperantia uxorum offensi non 9 0.56. fuerint, & voluerint eas in conjugium recipe re, liberam habeant facultatem. Et si mulier ad priores maritos redire noluerit, posteriorum virorum amore capta, ecclesiastica communione privetur.

u

114

Vi

tr

m

te

DE ECCLES. DISCIPLINIS.

Deincestis. Ex Concilio Hilerdensi cap. I V.

ius he-

id con-

ra. An-

m cerio con-

ubium neread

le non r&in.

ublica

HXOIC

æ quz,

liis viaritos,

pularu

metur,

& re-

ur elle

monio

ivitate

ifi non

recipe-

mulier

terio-

com-


CLXXXIV. De his qui se incesta pol- Concil. Ilerd. lutione commaculant, placuit ut quousque in Rhab. epist. ipso detestando & inlicito carnis contubernio ad Heribald. perseverant, usque ad Missam tantum cate - Burchard. lib. chumenorum in Ecclesia admittantur; cum 7. c. 3. quibus etiam nec cibum fumere ullum Christianorum, sicut Apostolus jussit, oportet.

#### Ex Concilio Toletano.

Salubriter præcavendo fancimus ne quis fi- Concil. Toler. delium propinquam sanguinis sui, usque quò Burchard. lib, affinitatis lineamenta successione generis cog- 7. c. 6. nolcit, in matrimonio sibi desideret copulari. Quoniam scriptum est: Omnis homo ad proxiwam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus.

De eadem re. Ex Concilio Agathensi.

CLXXXV. Deincestis conjunctionibus Conc. Agatha nihil prorsils veniæ reservamus, nisi cim ad-Concil. Areulterium separatione sanaverint. Hos enim es- Burchard. lib. se censemus. Si quis relictam fratris, quæ pe- 7.c. 4. ne prins soror extiterat, carnali conjunctione violaverit; si quis fratris ux oris germanam, si quis novercam, si quis consobrinam, si quis filiam avunculi, vel relictam ejus, si quis patrui filiam vel privignam suam duxerit. Sanè quibus conjunctio inlicita interdicitur, habebunt sibi, post actam poenitentiam, ineundi melioris conjugij (id est, legitimi) libertatem. (id est, potestatem. ) [ Vide epistolam



De eadem re. Ex Concilio Romano,

CO

fe:

tla

fib

Po

Concil. Rom. fub G cg. 2. c. t. & frgg. Halirgar. lib.

CLXXXVI. Gregorius Papa dixit: Si quis Dei ancillam, id est, sanctimonialem, in conjugio duxerit, anathema sit. Si quis com-Lib. 7. Capi- matrem spiritualem in conjugio duxerit, ana-\* Cod. Parif. thema fit. Si quis \* neptem in conjugio duxefairis uxorem rit, anathema sit. Si quis novercam aut nurum fuam duxerit, anathema fit. Si quis consobrinam duxerit, anathema sit. Si quis de propria cognatione vel quam cognatus habuit in conjugio duxerit, anathema sit. Si quis viduam furatus fuerit in ux orem, vel consentientibus ei, anathema sit. Si quis virginem, nisi delponsaverit, furatus fuerit in ux orem, vel consentientibus ei, anathema sit. Et in his omnibus tertio omne Concilium respondit: Amen,

> De judicio. Ex Concilio ad Confluentes. Karolus ad Lodovvicum.

Capitula Ka-30. C. 5.

CLXXXVII. Filiam nostram Judith roli Calvitit. viduam secundum leges divinas & humanas sub tuitione ecclesiastica & regio mundeburde constitutam Balduinus sibi furatus est uxorem; quem post legale judicium Episcopi nostri regni excommunicaverunt secundum sacros canones & diffinitionem san & Gregory Papæ, qui dicit : Si quis viduam furatus fueril in uxorem, vel consentientibus ei, anathema fit.

DEECCLES. DISCIPLINIS.

De feminis quæ viros amittunt. Capitular. lib. I. cap. XCVI.

t: Si

m, in com-

ana-

uxe-

urum obri-

opria COII-

duam itibus

i del-

con-

mnimen.

es.

udith

nanas

burde

11X0 -

i 110-

m la-

egorij fuerit

thema

CLXXXVIII. De feminis quæ viros Lib. 1. Capiamittunt, placet ne se, sicut hactenus, indis- & lib. 2. Leg. crete velent; sed triginta dies post discessum Longob.tit. virifui expectent; & post tricesimum diem per Burchard, lib. confilium Episcopi sui, vel, si Episcopus ab- 8.c 42. sens fuerit, consilio aliorum religiosorum sa- c. 60. cerdotum su or úmque amicorum, id quod eligere debent eligant. Et quia à sacro conventu rogati ut hi qui publicam gerunt pœnitentiam, & feminæ quæ viros amittunt, nostra auctoritate, donec deliberent quid agant, tuerentur, specialiter pro his Capitula fieri & legis mundanæ capitulis inferenda decrevi-

Mutilus est hic locus apud Reginonem, Burchardum, & Ivonem. Nam libro 1. Capitular. cap. c I I. tam in editis quam in manuscriptis codicibus, tum in Capitulari Aquisgranensi Ludovici Py cap. XXI. post illa verba religiosorum sacerdotum, legitur suorumque parentum atque amicorum. Vnde colligi debet Burchardum & Ivonem sua descripsise ex Reginone.

De eadem re. Ex Capitularium lib. IV. cap. XVI.

CLXXXIX. Qui viduam intra primos tri Lib 4. Capiginta dies viduitatis velinvitam vel volentem Lib. 2. Leg. libi copulaverit, sexaginta solidos componat. Longob. tit. Etsiinvitam eam traxerit, legem suam ei com-Ponat, illam verò ulteriùs non attingat.

284 REGINONIS LIB. II.

Qui hominem publicam ponitentiam agentem interficit. Ex eodem, cap. x v 1 1.

In

lis

fti

fi c

mi

le

cui

lim

for

ma

VII

fer

an lio

ten

thr

Lib. 4. Capirular. c. 18. Lib. t. 1 e.; Longob, tit. 9, c. 31.

CXC. Qui hominem publicam pœnitentiam agentem interfecerit, bannum nostrum in triplo componat, & ejus vvirigildum proximis ejus perfolvat. [Vide suprà cap. 30.htm; jus tibri.]

Ne frater super thorum defuncti fratris alcendat. Ex Concilio Aurelianensi.

Concil. Aurel an. 1. c. 18. R hab. epift. ad Heribald. c. 20. CXCI. Ne frater super thorum defundi fratris adscendat, nec quisquam amissa uxore sororem ejus sibi audeat sociare.

De sorore sponsæ violata. Ex Concilio Ancyrano.

Concil. Ancyr. c. 24. CXCII. Quidam sponsam habens, so rorem ejus violavit, & gravidam reddidit. Postmodum desponsatam sibi duxit uxorem. Illa verò quæ corrupta est, laqueo se peremit. Hi qui suerunt conscij, post decennem saulfactionem jussi sunt suscipi secundum gradu pænitentiæ constitutos.

De muliere quæ duobus fratribus nupsit.

Ex Concilio Neocafariensi.

Concil. Neocæfar. c. 2. Halitgar. lib. 4. c. 14. Burchard. lib. 17: c. 1. Vide lib. 7. Capitular. c. 296.

CXCIII. Mulier si duobus fratribus nupferit, abiciatur usque ad mortem. veruntamen in exitu, propter misericordiam, communio ei concedatur. Quod si desecerit vir aut mulier in talibus nuptiis, dissicilis erit pœnitenta in vita permanenti. DE ECCLES. DISCIPLINIS.

De eadem re. Ex Concilio Heliberitano.

itiam

iten-

Arum

pro-0.114

al-

functi

UXOIC

lio

, 10-

ldidit,

orem.

emit.

fatil-

gradus

ofit.

s nuptamen

nunio

t mil-

tentia

CXCIV. Si quis, post obitum uxoris Concil. Elis lux, sororem ejus duxerit, & ipsa fuerit fidelis, quinquennium à communione placuit abstineri, nisi mors coëgerit.

De eadem re. Ex Concilio Martini Papa.

CXCV. Si qua mulier duos fratres, aut Martin. Brasiquis vir duas sorores duxerit, à communio-Burchard. lib. he separentur usque ad mortem. In morte pro 17. c. 2. milericordia viaticum accipiant.

Defiliola & commatre. Ex epistola Rabani Cap. 20. ad Heribaldum Episcopum Autisiodorensem.

CXCVI. De eo quod interrogasti, si il- Burchard. lib. le qui filiolam suam, & de eo qui concubuit 17. c. 24. cum commatre sua spiritali, & de illo qui filum suum baptizavit, & cujus uxor eum de fonte suscepit, si postea in tali copulatione permanere possent, omnino inlicitum esse judicavimus. Nam in Concilio Mogontiacensi scriptum est cap. Lv. Wullus proprium filium gont. sub Kar. aut filiam à fonte baptismatis suscipiat, nec si- M. c. 55. liolam nec commatrem ducat ux orem, nec illam tular, c. 100cujus filium ad confirmationem ante Episcopum Burchard. littenuerit. Vbi autem factum fuerit "separen -

Si quis viduam uxorem duxerit. Ex codem.

CXCVII. Si quis viduam uxorem duxe- Concil. Mé-III, & postea cum filiastra sua fornicatus fue- Rhab. c. 16.

Rhab. ibid.

REGINONIS LIB. II. 286 Lib. 5. Capis rit, seu duabus sororibus nupserit, aut si qua tular. c. 101. duobus fratribus nupserit, seu cum patre & s. lio fornicata fuerit, tales copulationes anathe-17.0.9. matizari & disjungi præcipimus, necunquam amplius conjugio copulari, sed sub magnadi strictione fieri. [ Caput istud additum est et codice manuscripto. Non extat enim in edition Helmastadiensi.] De eo qui filiolam fuam polluit. Vnde supra. CXCVIII. Quam detestabile & execut-Rhab. ibid. Burchard, lib. bile scelus sit unicuique Christiano siliolan suam constuprare testatur sanctus Gregorius 17. C. 16. s. Gregor. lib. Papa in dialogis suis : ubi refert quendamho 4. dialeg. minem polluisse filiolam suam, & quia negle E. 32. xit pænitentiam agere, subito miserabilimos bo correptus expiravit, & sepultus, non lolum corpus, sed etiam omne sepulcrum, igni invisibilis consumpsit. Item de incestis & eorum pænitentia. Ex Concilio Mogonciacensi. CXCIX. Si quis fornicatus fuerit cum Rhab. ibid. Burchard. lib. duabus fororibus, vel cum noverca sua, vel cum amita sua, vel cum matre sua, vel cum 17. c. 8. lia patrui sui & avunculi sui, vel cum filia amtæ suæ sive materteræ suæ, vel cum nepte su vel cum commatre aut filiola sua, sive quan de fonte suscepit, vel ante Episcopum tenue. rit, & si qua mulier simili modo fornicata sue rit, abstineat se ab ingressu domus Dei annun unum; & eodem anno, nisi dominicis & festis diebus, folummodo pane & aqua & saleuti

fa

le

D

u

of P

CI

TI

Ca

di

di

81

ar

PO

ci

00

ne

16

DE ECCLES. DISCIPLINIS. tur, arma non ferat, osculum nulli præbeat, sacrificium, nisi pro viatico, minime sumat; sex deinde annis ingrediatur quidem domum Dei, sed carnibus & vino & sicera minime utatur, nisi festis diebus. De armis verò vel olculo sive sacrificio, sicut suprà dictum est. Postea verò duobus annis, quando carne vescitur, à potu omni qui inebriare potest se contineat; & si potum biberit, minimè carne velcatur, absque præcipuis festis diebus. De armis vel osculo & sacrificio modum teneat jam dictum, Inde usque ad obitum suum, nisi prædictis festis diebus, à carne se abstineat tres legiumas ferias in omni hebdomada, & tres quadragesimas in anno legitimè custodiat. De armis verò ut suprà dictum est. Et nunquam aliquando conjugio copuletur. Hæc eadem ponitentia imponenda est patricidis vel fratricidis vel consanguineis, necnon & qui sponte perfraudem & avaritiam hominem innoxium occidunt, quod morchidum vocant.

si qua

2 & h-

nathe-

quam na di-

eft ex

ditions

xecta-

liolam

gorius am ho-

negle-

i mor-

on lo-

, ignis

tra.

it cum

na, vel cumb

ia ami-

ote lua

quam

tenueita fue-

annum x felts

ile uti-

In quota generatione copulentur fideles. Ex epistola Rabani ad Humbertum Episcopum.

CC. Igitur de nuptiis, vel quomodo con- To. v 1. oper. languinitas honoranda sit, Dominus loquitur 165. in Levitico dicens: Omnis homo ad proximam Levit. 18. Sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus. Cum enim Dominus populum fuum de contaminationibus gentium voluisset separare, primum generali vocabulo ad proximitatem sanguinis prohibuit quemquam accedete, ne revelaret turpitudinem ejus; deinde ip-

REGINONIS LIB. II. 288 sam generalitatem ferme in duodecimspecies Fee subdivisit; quæ tamen ultra tertiam vel quar. us tam generationem non procedunt. Unde acci. dit, ut reor, Domnum Gregorium Augustino lic vide infra in interroganti tertia vel quarta generatione jam licite connubia jungere respondisse. Simivit 1. append. C. 30. liter & in Theodori Archiepiscopi gentis Andel glorum Capitulis, quæ de necessariis conscripvide tom. 9. fit rebus, invenimus quod in tertia propincheriani pag. quitate carnis secundum Græcos liceat nube 73. c. 13. & re, in quinta secundum Romanos. Qui tamen conjugia in tertia propinquitate facta non lolverent, si antea ab inscientibus compacta fuilsent, æqualitérque conjungeretur vir in matrimonio his qui sibi consanguinei sunt, & uxoris suæ consanguineis post mortem uxons mu Hunc autem Theodorum Tharfo Cilicia natum Vitellianus Papa Romæ Episcopum ordinans, ad Britanniam misit. unde tam orienta lium quam etiam occidentalium Ecclesiarum consuetudinibus pleniter instructus sueral Nec eum aliqua latere potuerunt quæ in obfervationibus legitimis Græci vel Romanico tempore habuerunt, maxime cum in utraque me lingua perfecte instructus esset. Quod autem proximis temporibus Romanorum Ponulicum scripta continent usque ad sextam vel septimam generationem conjugij usum differendum, magis ex consuetudine humana quam ex lege divina hoc eos præcepisse credendum est. Nam quòd Isidorus in Etymolo giis suis usque ad sextam generationem con-TUI fangumitatis abstinendum & sic legitimo connubio conjungendum afferuit, inde reoreum

DEECCLES. DISCIPLINIS. fecisse, quod genealogiæ seriem retexens, quo: usque ordinem numerandi perduxit, eò cognationem fanguinis servandam æstimavit; sicque ad innovationem generis & amicitiæ jus confirmandum redire ad connubium sancivit, quando jam cognationis ordo numerari desiit. Ceterum ante omnia considerandum est ut sic censura disciplinæ temperetur, ne per immoderationem correptionis peccati cumulus augeatur. Scimus enim quod qui in lege cognationis jus observare constituit, in evangelio fædus conjugij non disTolvendum præcepit. Si enim ubicunque aliquid proximitatis vel consanguinitatis, licet longinquæ, inter conjugatos inveniri potest, statim matrimonium dissolvatur, vereor quod adulterium & fornicationis scelus multiplicetur: quia cum conjugato adolescentulo vel juveni societas comparis suæ denegatur, nec aliquid ei solatij impenditur unde continentiam salvare possit, libidine inflammatus per diaboli instigationem multiplici fornicatione forsitan polluitur, ac lic in præcipitium mortis æternæ anima demergatur. Igitur quia à mea parvitate voluilti, quidsentirem de hac re, tibi rescribi, propter fragilitatem præsentis temporis reor hoc quod Theodorus Episcopus inter Gregorium & Isidorum medius incedens in suis capitulis diffinivit magis sequendum, ut quinta generatione jam licitum connubium fiat : quia non lex divina huic contradicit, nec etiam fanctorum patrum dicta hoc prohibent. Si autem & in quinta ab insciis fuerit copula peracta, melus mihi videtur ut cum pænitentiæ humilia-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ecies

quare acci-

nitimo

ttione

Simi-

is An-

Scrip-

nube-

tamen

on fol-

a fuil-

n ma-

& uxo

IXOIIS.

æ nan ordi-

rienta

fiarum

neral

in ob-

anieo

traque

autem ontifi-

am vel

diffe-

umana

le cre-

mole.

n con-

10 COB-

or eum

fecille

290 REGINONIS LIB. II. tione, si se uxoratus continere non vult, De fatisfaciat. De eadem re. Gregorius ad Augustinum. CCI. Necesse est ut etiam tertia vel quatu Apud Bedam generatio fidelium licenter sibi jungidebeat. lib. r. hift. Angl. c. 27. Nam à secunda quam prædiximus se omnino .5.6. debet abstinere. De eadem re. Ex epistola Rabani ad Regin baldum Chorepiscopum. CCII. De eo quod interrogasti, si patt & filius, vel si duo fratres, vel si avunculus à nepos, cum una muliere fornicati fint, qui inde faciendum sit, manifestum est quodga vi vindicta plectendum est quod grave facino esse reperitur. Omnis enim mæchia interdict tur ubi scriptum est : Non machaberis. Qual to magis cum cognata vel cum conjuge le concubina cognati. Hincin Levitico scriptum est: Si mœchatus fuerit quis cum uxore alteria, Levit. 20. morte moriantur & mæchus & adultera. dormierit cum noverca sua, vel cum nuru sul & qui filiam & matrem duxerit, & qui acce perit sororem suam, morte moriatur. Sienimi lege turpitudinem incestus mortis sententi vindicare jussit, quomodo in evangelio, 11 summa justitia est, incestuosus pænitentiam peccati evadet ? Unde Apostolus : Irritamqui Hebra 10. fecerit legem Moysi, sine ulla miseratione sul duobus vel tribus testibus moritur. Quantomi gis putatis deteriora mereri supplicia qui film Dei conculcaverit, & sanguinem testamenipoli lutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spin

fp

Po

8

tu

cal

Tic

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 291 tui gratia contumeliam fecerit? Igitur Theodorus judicavit eum qui incestum fecerit duodeum annos pænitere debere. Alij quindecim, alij decem, alij septem. Sed tu priscorum patrum vestigia sequens, his solis pænitentiæ spatium temperes qui devotè & cum lacrymis ponitentiam egerint, ceteri definitum tempus

t, Deo

um.

quarta debeat

mnino

Regin-

fi pater

culus &

it, qui

odgra-

facinus

terdici-

Quan.

uge let

criptum

alterim,

ra. 211 uru In ui acci

enimi ententi

lio, ubi

centiam

tamqui

one Jus

into ma

ti filino entipol-

& Spin

De illo qui servum se fecit. Ex Concilio Triburiensi cap. XI.

CCIII. Perlatum est ad sanctam syno-Burchard. lib. dum quòd quidam ingenuus ingenuam acceperituxorem, & post filiorum procreationem, occasione divortij, cujusdam servum se fecem, utrum necessario mulierem tenere debeat; & si tenuerit, utrum illa quoque secundum secularem legem servituti subici debeat. Judicatum est uxorem minimè debere dimitti, non tamen ob Christi legem mulierem in servitutemredigi, dum ille non ex consensu conjugis leservum fecit, quem liberum maritum acce-

Item de incestis. Ex eodem.

CCIV. Item indicatum est quendam stu-bur. c. 44. prasse quandam feminam, quam postea frater Burchard. lib. ejus accepit uxorem. Statuerunt eum qui stu-17. c. 15, pravit, & à se stupratam fratri celavit, quia geminavit peccatum, pœnitentia districtiori calligandum, & conjugium tale dissolvi oportere, & mulieri quidem eis viventibus non fote potestatem nubendi, illis autem pro misencordia conjugium indulgere.

T 11

# 292 REGINONIS LIB. II.

Si quis cum filia materteræ suæ &c. concubuerit. Ex eodem.

Burchard. lib.

cum filia materteræ suæ vel avunculi, amiz vel patrui, concubuerit, si conjugatus suen, liceátne illi ulteriùs uti conjugio, aut non conjugato uxorem accipere. Justum esset, son aliqua priorum statuta habeantur, ut in perpetuum à conjugio tales abstineant. Sed visum est, humanæ fragilitatis intuitu, ut post pententiam non quidem penitus priventur conjugio, durissimè tamen tam immanis fornicam vindicetur, sicut sanctus Papa Nicolaus & all Romani Pontifices statuerunt, ne forte desporata conscientia multipliciùs peccent.

te

to

an

dig

m(

for

tea

lice

lier

rem

Pœ:

7.0

Item de incestis. Ex eodem.

Burchard. lib. 18. c. 4. Pomitent. Rom. Ant. Augustini tit. 3. c. 5.

CCVI. In lectum mariti, absenteuxons soror ivit uxoris; quam ille uxorem suamputans, dormivit cum ea. Super hoc visum est, ipse per securitatem veram hoc probaven quòd inscius secerit hoc scelus, pœnitentate quidem quæ sibi indicata suerit agat, & legit mum suum conjugium habere permittatur; lam digna vindicta affligi, & in æternum conjugio privari. [In editione Helmastadiens situr veram non probaverit. omnino commentem canonis. Nos, quia destituebamum manuscripti codicis, qui impersectus est in loco, veram lectionem accepimus ex Burchard con ex Pænitentiali Romano quod aditum sta Antonio Augustino.]

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 293

De eadem re. Ex eodem.

fi qui amitz

s fuent

on cont

d vilum

A pan-

confi-

rnicano s & ali

delpe

e uxord

melt,f

tentian

c legili-

im con-

iensil.

muropi

7 in life

rchard

mesta

CCVII. Quidam fornicatus est cum ali. Concil Triqua muliere. Postea filius, nesciens patris faBurchard. lib.
ctum, stupravit eandem. Quod cum pater restisset, de se filió que confessus est. Statuerunt
melius esse ut taliter lapsis cum digna pænitentia legitima permittantur conjugia quam
forte deterius delinquant; cum fornicaria autem illa gravius agendum.

De eadem re. Ex eodem.

CCVIII. Si quis cum duabus fororibus Concil. Trifornicatus fuerit, & foror fororem ab eodem Burchard. lib.
antea stupratam nescierit, vel si ipse sororem
ejus quam antea stupravit non intellexerit, si
dignè pœnituerint, & se continere non valuetint, post annos septem conjugia illis non negentur. Si autem non ignoraverunt, usque ad
mortem à conjugio abstineant.

De eadem re. Ex eodem.

CCIX. Si quis cum duabus fororibus Burchard. lib. fornicatus fuerit, vir diebus vitæ suæ pæni- 17. c. 6. teat. Soror autem quæ de alia sorore nescivit, licentiam habeat nubendi.

De eadem re. Ex eodem.

CCX. Si homo fornicatus fuerit cum mu- Concil. Triliere, & frater ejus nesciens duxerit eam uxo-Burchard. lib.
rem; frater, eò quòd fratri crimen celaverit, 17. c. 13.
Pœniteat, & post pænitentiam nubat. Mulier
autem usque ad mortem pæniteat. [Vide lib.
7. Capitular. cap. 296.]

T iij

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

# 294 REGINONIS LIB. II.

De eademre. Ex eodem.

ril

ex

إلا

do ab

fui

pre

ter

mu

ftr

ne

11111

(

cati

mai

10

lcie

tuo

Concil. Tribur. c. 43. Burchard. lib. 17. C. 14.

CCXI. Si frater cum muliere fornicatus fuerit, & frater nesciens cum eadem concubuerit, mulier diebus vitæ suæ pæniteat; pol pænitentiam autem frater ignarus scelens conjugium accipiat, si vult. [ Vide Conciliun Compendiense sub Pippino cap. 8. & lib. 5.Ch pitular. c. 19.

De separatione. Ex Concilio ad Vermeriam temporibus Pippini.

Concil. Verpend. c. 1.

CCXII. In tertio geniculo separentur. In Concil. Com- quarta autem conjugatione si inventi fuerint, non eos separamus, sed pænitentiam eisindcimus. Et tamen si factum non fuerit, nullam facultatem conjungendi in quarta generatione damus.

De eadem re. Ex eodem.

Concil, Vermicr. C. 2.

CCXIII. Si aliquis cum filiastrasuama net, nec matrem nec filiam ipfius potest habere, nec illa nec ille aliis se poterunt conjunge reullo unquam tempore. Attamen uxorejus, si ita voluerit, si se continere non potest, si postea quam cognovit quod cum filia sua vir ejus fuit in adulterio, carnale commercium cum 00 non habeat, si vult potest alij nubere.

De eadem re. Ex eodem.

Concil. Vermer. c. 10. Burchard, lib. 17. C. II.

CCXIV. Si quis cum noverca fua dormierit, neutiquam possunt ad conjugium pervenire. Si vir ejus fic vult, potest aliamacopere, si se continere non potest. Similiter qui

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 295 cum filiastra sua vel cum sorore uxoris dormierit, stare potest.

De eadem re. Ex eodem.

nicatus

concu-

t; polt

**Scelens** 

ncilium

9. Cat

eriam

tur. In

uerint, is indi-

nullam

eratio-

habe-

unge-

rejus,

fi po-

ir epus

um eo

dor-

per-

acci-

at din.

CCXV. Qui dormierit cum duabus soro- Concil. Verribus, & una ex illis antea ux or fuerit, nullam mer. c. 12.
exipsis habeat, nec ipsi adulteri unquam con- 17. c. 3.
jugio copulentur.

De eadem re. Ex eodem.

dormierit, adulter & mæcha diebus vitæ suæ Burchard. lib. absque conjugio maneant. Ille verò cui uxor 17. 6.17. suit, si vult, aliam conjugem accipiat.

De eadem re. Ex eodem.

CCXVII. Si quis sponsam filij sui op- concil. Compresserit, & postea filius ejus eam duxerit, pa- Lib. 5. Capiter postmodum non habeat uxorem, nec ipsa tular. c. 5. mulier virum. Filius, qui facinus patris igno- Burchard. lib. 17. c. 18. ravit, aliam accipiat.

De eadem re. Ex eodem.

CCXVIII. Si quis filiastrum aut filia - Burchard lib. stram suam ante Episcopum ad confirmatio - 17. c. 22. nem tenuerit, separetur ab uxore sua, & aliam nunquam accipiat. Similiter & mulier.

De eadem re. Ex eodem.

CCXIX. Si quis cum matre & filia forni. Concil. Comcatus est, ignorante matre de filia, & filia de Burchard. lib.
matre, ille nunquam accipiat uxorem. Illæ ve17. c. 12.
10, si volunt, accipiant maritos. Si autem hoc
scierint ipsæ feminæ, absque maritis in perpetuo maneant.

INIVERSITÄTS-IBLIOTHEK ADERBORN

#### REGINONIS LIB. II. 296

De eadem re. Ex eodem.

Concil Compend. c.15. 17. C. 7.

CCXX. Similiter & de duabus sororibus, Burchard. lib. qui cum una in adulterio mansit, & aliam publice accepit, non habeat mulierem usquein diem mortis; & illa quæ nescivit, accipiat ma ritum.

Si quis propter faidam fugit. Ex eodem.

fe

CL

fi

110

na

cti

bu

pe

for

ten leg

**Ipir** 

Concil. Com-CCXXI. Si qui propter vindictam hipend. c.18. Lib. 5. Cap: - giunt in alias patrias, & dimittunt uxores suas, tular. c. 6. necilli necillæ alteri copulentur.

Item deincestis. Ex codem.

Concil, Met. fub Pippino C. I. Lib. 5. Capitular, c. 7.

CCXXII. Si quis incestum cum proxima fua commiserit, peculium suum perdat, sihabet; & si se non emendare voluerit, nullus eum in domo recipiat, neque ei cibum donet. Quod fi fecerit, fexaginta folidos Regicomponat. Et si pecuniam non habet, mittatur, ! liber est, in carcerem. Si servus est, vapulet multis plagis.

Item de parricidis. Ex codem.

CCXXIII. Si homo liber patrem all matrem, fratrem vel avunculum occiderit, hereditatem propriam amittat. Et si quis mechatus fuerit cum matre & forore & amita, hereditatem perdat.

Item de incestis. Ex eodem.

CCXXIV. Episcopi incestuosos investi-Concil. Mo-M. c. 53. gare studeant. Et si poenitere noluerint, de M. c. 53. gare mudeant. Et il punitere de l'entreme Lib. c. Capi- Ecclessa expellantur, donce ad ponitentiam 11.0.98.80152

DEECCLES. DISCIPLINIS. 297 revertantur. Quod si obediresacerdoribus no- Concil. Tuluerint, oportet eos per secularem disciplinam ron. 3. c. 41. coerceri.

De eadem re. Ex Concilio Moguntiacensi cap. XXIX.

pribus,

m pu-

quein

at ma-

em.

m fus fuas,

OXIMa fi ha-

nullus donet.

com-

tur, l

apulet

m aut

ic, he-

ma-

miti,

refti-

, de

tiam

CCXXV. Si quis viduam uxorem duxe- vide suprà crit, & postea cum filiastra fuerit fornicatus, bri. seucum duabus sororibus nupserit, aut si qua cum duobus fratribus, five cum patre & filio, si quis relictam fratris, si quis neptem, aut hovercam, aut nurum, aut consobrinam, aut hliam avunculi, aut ejus relictam, aut privignam polluerit, eos disjungi & ulterius nunquam conjugio copulari præcipimus.

Decadem re. Ex eodem.

CCXXVI. Contradicimus quoque ut Concil. Moquarta generatione nullus amplius conjugio gunt. sub Kar. copuletur. Ubi autem post interdictum fa - Lib. 5. Capi ctum fuerit, separentur.

De eadem re. Ex Concilio Vvormaciensi.

CCXXVII. Si quis cum duabus forori- Concil. Vvorbus, seu cum duobus fratribus, aut cum his personis de quibus sacra scriptura prohibet. tornicationem fecerit, si dignam egerit pænitentiam, & se continere non potest, licearei legitimam uxorem vel virum accipere.

Si quis cum commatre fornicatus fuerit. Ex eodem.

CCXXVIII. Si quis cum commatre Concil. Vvorpirituali fuerit fornicatus, usque ad dignam

tular. c. 99. Burchard.

298 REGINONIS LIB. II. pœnitentiam anathemate percutiatur. Similiter si cum ea quam de sonte suscepit, vel quam ante Episcopum tenuerit, fornicatus suenit. Legitimam autem, si habuerit, non dimitat uxorem.

Item deincestis. Ex eodem.

ri

iff

tu

CO

80

fi(

ter

lit

ge.

tia

ann

cto

un

Concil. Vvormac. c. 36. CCXXIX. Si quis cum filiastra sua fornicatus fuerit, post dissolutum conjugium ponitentiam agat. Scilicet per triennij tempus a corpore & sanguine Domini suspendatur, carnem non manducet, vinum non bibat; & omnibus diebus jejunet, exceptis sestis & dominicis diebus. Similiter de mulieribus qua patri se clanculò in concubitu prostraverunt & filio observandum est, & qui duabus se absoconsè sororibus pollutos cognoscunt.

Quod cum sacramento inlicita conjugia folvenda sunt. Ex Concilio Triburiensi.

Concil. Tribur. c. 49. CCXXX. Quorum illicita conjugia scindenda sunt, volumus ut juramento confirment ne ad unam mensam nec sub uno tecto simul cohabitent, vel quolibet familiari colloquio perfruantur, nisi in publico aut in Ecclesia. Res quas communes habuerint dividant, ne aliqua suspicio possit nasci atque increscere.

Juramentum de parentela quomodo inquirendum.

cunt esse inter illum & istam ejus conjugem, quicquid inde scis vel audisti computare à tuis

DE ECCLES. DISCIPLINIS. vicinis aut tuis antecessoribus, quod tu per nullum ingenium, nec propter timorem, aut præmium, aut consanguinitatem celabis Episcopo tuo, aut ejus Misso, cui hoc inquirere jusserit, quandocunque ex hoc te interrogaverit. Sicte Deus adjuvet.

mili-

quam

uent. nittat

la for-

n pæ-

pus a

E, Cal-

comdomi-

iæ pa-

unt &

le ab-

ria

c scin-

rment

fimul

oquio

clesia.

nt, ne

ere.

0

m di-

igem,

à tuis

De eadem re.

CCXXXII. Istud juramentum quod Burchard, lib. iste juravit de illa parentela quæ inter illum & ejus conjugem computatur, quod tu illud observabis in quantum sapis aut audisti. Sic te Deus adjuver.

Sacramentum de incestuoso discidio.

CCXXXIII. Ab isto die jurabis quod Burchard. lib. tu per nullum ingenium te sociabis huic tuæ consanguineæ nomine illi, quæ contra legem & rectam Christianitatem usque in hunc diem tua uxor fuit, nec in conjugio, nec in adultetio, vel fornicatione, nec cum illa ad unam mensam manducabis & bibes, aut sub uno tecto manebis, nisi fortè in Ecclesia aut in aliquo publico loco, ubi nulla mala suspicio possitesse, ut ibi coram testibus pro certa necessitate pariter colloquamini. Necaliam conjugem accipies, nisi forte post actam pænitentiam tibi licentia data fuerit ab Episcopo tuo autejus Misso. Sicte Deus adjuvet & istæsanctorum reliquiæ.

Invocatio judicij.

CCXXXIV. Dehoc quod mihi reputa- Burchard. lib. um est in hac synodo quòd simul cum ista fe- 9. c. 79.

mina adulterium vel fornicationem fecissem, quod ego non ita feci. nec inde me culpabilem recognosco. Sic me Deus adjuvet ad istud judicium suum.

Juramentum post datam pænitentiam de perpetrata luxuria.

Burchard, lib.

CCXXXV. Ab isto die cum semina cum qua adulterium vel fornicationem secisti, unde disciplinam vel pænitentiam suscepisti, ampliùs non adulterabis, nec fornicaberis, nec eam in uxorem accipies, nisi fortè post peractam pænitentiam tibi licentia data suerital Episcopo aut ejus Misso. Sic te Deus adjuvet,

De eo qui vivente marito conjugem illius adulterasse accusatus perhibetur.

Ex synodo Meldensi.

Concil Meld. c. 69. Burchard. lib. 9. c. 65.

CCXXXVI. Is qui vivente marito conjugem illius adulterasse accusatur, & co in proximo defuncto eandem fumpfiffe dinola. tur, omnimodis publicæ pænitentiæ subigatur. de quo etiam post ponitentiam, presata, si expedierit, servabitur regula, nisi font idem aut mulier virum, qui mortuus fueral, occidisse notentur, aut propinquitas velali qualibet actio criminalis impediat. quod probatum fuerit, fine ulla spe conjugij cum pænitentia perpetuo maneant. Si autemnega verit se eandem feminam vivente viro adulte. rasse, & præfati homicidij nemo eorum reus extiterit, & probatis testibus neutiquam convinci potuerit, purgent legaliter famam fuz opinionis, & sumpto utantur conjugio, s

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 301 alia, ut diximus, non impedierit ratio.

istem, bilem

ud ju-

n de

a cum

i, un-

ti,ams, net

pera

eritab juvet.

llius

o con-

eo III

nola-

ibiga-

æfata,

forte nerat,

rel alla uod fi

i cum

nega

dulte-

m reus

n con-

n laz

10,1

De eadem re. Ex Concilio Triburiensi.

CCXXXVII. Relatum est auribus Concil. Trifanctorum facerdotum quendam alterius uxo- Burchard. 1 b. rem stupro violasse, insuper & mæchæ viven- 9.c. 66. te viro suo juramentum dedisse ut post legitimimariti mortem, si supervixisset, duceret in uxorem, quod & factum est. Tale igitur connubium prohibemus & anathematizamus,

Invocatio de morte mariti vel uxoris.

CCXXXVIII. De hoc quod tu accusata es in præsentia istius Episcopi, in hac synodo, quòd per tuum factum & per tuum consilium tuus maritus illius vel tua conjux illius mortem recepisset, & vitam perdidisset, omnino non est ita, nectu in ejus vita aut membris quicquam fecisti aut cum aliis consiliatus es unde merito secundum ecclesiasticum judicium pœnitentiæ remedia suscipias, aut secundum mundanam legem mortem aut aliquod damnum sustineas. Sic te Deus adjuvet ad istud judicium.

Juramentum vel invocatio de homicidio imputato.

CCXXXIX. De hoc quod tibi imputatum est in præsentia tui Episcopi, cujus parrochianus es, quod tu illum hominem cum aliis hominibus sequacibus tuis occidisses propter hanc causam ut bona illius diriperes. & ejus uxorem tibi in matrimonium sociares, in veritate non est ita, nec tu solus nec cum

REGINONIS LIB. II. aliis hominibus illum hominem occidisti, net ut suam vitam aut membra perderet cum aliis confiliatus es, necinejus morte quicquam habes factum unde merito aut ponitentiam fulcipias, aut vindictam suscipias, aut pretim aliquod persolvas. Sic te Deus adjuvet.

> Juramentum de reconciliatione conjugatorum.

CCXL. Ab isto die in antea istam tuan Burchard. lib. conjugem, nomine illam, quam injuste dim-9. c. 81. seras, ita tenebis sicut per rectum maritto fuam debet habere conjugem in dilectione debita disciplina, nec eam per ullum malum ingenium separabis à te, nec ea vivente alian accipies. Sic te Deus adjuvet.

De eadem re.

CU

fe

m

ta

9. C. 81.

CCXLI. Amodo in antea istum tuum ma ritum, queminjuste dimiseras, itatenebis& amplexaberis, & ei in servitio, in amore, & in timore ita eris subjecta & obediens, sicu per rectum uxor debet subjecta esse marito, nec unquam ab eo te separabis, necillo vivelte alteri viro te sociabis in conjugio aut adulterio. Sic te Deus adjuvet.

De his qui matrimonio juncti sunt & nuber non possiint. Exepistola Rabani cap. XXIX.

Rhab. epift. ad Heribald. c. 29. Lib. 6. Capi tular. c. 55.

CCXLII. Quod autem interrogasti de his qui matrimonio juncti funt, & correnol possunt, an ille aliam vel illa alium ducere pol-Burchard, lib. fit. Quibus scriptum est : Vir & mulier fil

DE ECCLES. DISCIPLINIS. conjunxerint, & postea dixerit mulier de viro quod non possit coire cum eo, si potest probare per justum judicium quod verum sit, accipiat alium.

i, nec

m aliis

un ha-

ım fulretium

n tuam

dimi-

naritis ione &

malum aliam

ım ma ebis &

re, &

, ficu

nanto,

viven-

adul-

nubere

asti de

renon

re pol-

De eadem re. Ex Concilio ad Vermeriam temporibus Pippini Regis, cap. XVII.

CCXI. III. Si qua mulier se proclama- Concil. Ververit quod vir suus nunquam cum ea coisset, mer. c. 17. exeant inde ad crucem; & si verum fuerit, se- 9.c. 41. parentur, & illa faciat quod vult.

De eadem re.

CCXLIV. Si quis accepit uxorem, & Concil. Comhabuit ipsam aliquo tempore, & ipsa femina pend. c. 17. dicat quod non coisset cum ea, & ille vir dicit 9. c. 42. quod sic fecit, in veritate viri consistat, quia vir caput est mulieris.

De eadem re. Ex Concilio Triburiensi.

CCXLV. Si duxerit vir uxorem, & con- Concil. Tricumbere cum ea non valens, frater ejus clan-bur c. 41. culo eam vitiaverit, & gravidam reddiderit, 9. c. 43. leparentur. Considerata autem imbecillitate, misericordia eis impertiatur ad conjugium, tantum in Domino.

De fornicatione diversarum personarum. Ex Pænitentiali Romano, Theodori Episcopi, & Beda Presbyteri.

CCXLVI. Adolescens si cum virgine peccaverit, annum pæniteat. Si semel & fortuito casu, levigetur ei pæni-

REGINONIS LIB. II. tentia, & tantum usque ad annum plenum poniteat. Si infra triginta annos adolescens fornicationem faciat, tres quadragesimas & legitimas Si propter hoc peccatum servitio humano f addicti sunt, quadraginta dies pæniteant. Si uxoratus cum virgine fornicatus fuent, duos annos pæniteat, ita primum omnim, ut à sua se contineat. Si ei consenserit, uxon etiam addatur modus pænitentiæ. Si laicus cum laica fornicatus fuerit, tresan nos pœniteat; & quanto sæpius, tanto magu tempus addatur. Laicus maculans se cum ancilla Dei, duos annos pœniteat. Si genuerit ex ea filium, annos tres pæniteat. Si fine conjugio est, un quadragesimas & legitimas ferias. Si Canonici funt & fornicantur, annum unum; sitte an quenter, duos. Qui in gradu est, annos tres poniteat. Moab nachus fine gradu, vel Canonicus gradumhabens, si cum puella laica fornicati sunt, anno 110 tres pæniteant. Si cum sanctimoniali, annol rit septem poniteant. Monachi cum gradu formcationem facientes, septem annos pæniteans. que Si monachus laicam duxerit, tres annos per niteat, illa duos & legitimas ferias. Si ulque ad generationem filij, quatuor annos pent-( teat. Si occiderit, septem annos pæniteat. UXC Si Episcopus fornicatus fuerit, octo anno li, t pæniteat. Alij judicaverunt duodecimannolect rum pænitentiam. Post annum tertium levilis iftis pœniteat. Presbyter

DE ECCLES. DISCIPLINIS. Presbyter cum puella fornicans, annos quatuor & tres quadragesimas in anno, & ferias quartam & sextam in pane & aqua. Si cum ancilla Dei fornicatus fuerit, septem annos pœniteat.

lenum

ornica-

gitimas

umano

fuent,

nnium, , UXOD

tresan

magis

, duos

m, an-

ति, प्रव

anoni-

; li fre-

t. Mo-

um ha-, annos

, annos

I form.

itean.

os pai usque pæni-

eat.

annoi

anno-

levills

efbyter

ıt.

Episcopus, Presbyter, & Diaconus, si in Burchard.lib. fornicatione, perjurio, vel furto captus est, deponatur; non tamen communione privetur; quia non vindicat Dominus bis in idipfum. [Ex canone x x v. Apostolorum.]

Item de incestis.

CCXLVII. Si adolescens sororem suam duxerit, quinque annos pœniteat. Si matrem, septem annos. Et quandiu vixerit, nunquam lit line \* continentia.

+ Leg. pœni-

Item alij.

Quicum matre fornicatus fuerit, quindecim annos pæniteat.

Qui cum filia vel sorore fornicatus fuerit, ab omni carne se abstineat, & quindecim annos pæniteat.

Simater cum filio suo parvulo fornicata fuerit, tres annos abstineat se à carne, & diem unum in unaquaque hebdomada jejunet usque ad vesperam.

## I TEM.

Qui habet matrem & filiam, duas sorores, uxorem patris & fratris, patruelis aut avunculi, neptem aut consobrinam, aut qui in prima, lecunda, vel tertia generatione juncti sunt, istis volumus indicare ut separentur. Et prop-

REGINONIS LIB. II. 306 ter novellam plantationem Ecclesiæ, ut septem annos agant ponitentiam, tres primos annos tres dies in hebdomada, id est, feriale cunda, & quarta, & fexta, quadraginta dis ante Pascha, viginti ante Missam sancti lo hannis, viginti ante Natale Domini. Quatuor verò reliquos annos, feria quarta & fexta, & quatuordecim noctes ante Missamsancti lo hannis & alias ante Natale Domini. Si setedimere vult, donet unum denarium aut preum unius denarij pro uno die. Si pauper est, done dimidium denarium.

De sordidatione puerorum.

fe

im

pa

tui

tat

m

car trig

tan

tad

CCXLVIII. Pueri fe manibus invicen coinquinantes, quadraginta dies pænitean majores verò, centum dies. Pueri se interfe mora sordidantes, centum dies pænitean, majores tres quadragesimas & legitimas se rias. Parvulus à majore oppressus septemdo pæniteat. Si consenserit, viginti dies. Put voluntarie se polluens, triginta dies, juvens verò quadraginta dies pœniteat.

De menstruis abstinendis.

CCXLIX. Qui cum muliere menstrus ta nupserit, quadraginta dies poniteat.

Ut suprà.

Si quis cum uxore sua retro nupserit, qui draginta dies poeniteat. Si in terganuplent tres annos : quia sodomiticum scelus est. Vin inter femora fornicantes annum unum pont teant. Si in terga, tres annos. Si pueri fundo duos annos ræniteant.

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 307 it sep. De mulierum fornicatione. primos eriale-CCL. Mulier quocunque molimine aut in Burchard. lib. ta dies feipsa aut cum altera fornicans, tres annos pœ- 17. c. 27. Cti Joniteat. natuor Unde suprà. xta, X Eti Jo Si sanctimonialis cum alia sanctimoniali Burchard. lib. le rediper aliquod machinamentum fornicatur, fepretium temannos pæniteat. t, donet De inlecebroso amplexu. CCLI. Qui per inlecebrosos amplexus Burchard. lib. seminæ vel per osculum polluitur, triginta 17. c. 42. dies pæniteat. Qui tetigerit inverecunde carnvicem nem ejusdem feminæ, tres menses pæniteat. niteant Qui per turpiloquium polluitur, septem dies nter teniteant, peniteat. mas te-Presbyter si osculatus fuerit feminam per emditi immundum desiderium, viginti dies pæniteat. Si inquinatus fuerit, quadraginta dies s. Put peniteat. Qui in Ecclesia per somnum polluijuveni tur, tres dies pæniteat. Qui in somnis voluntate pollutus est, surgat, & cantet septem psalmos pœnitentiales, & die triginta. Qui peccare voluerit in somnis, & non fuerit pollutus, enstrua. triginta quatuor psalmos cantet. De fundendo semen. CCLII. Clericus si semen suderit non Burchard, lib. it, qui tangendo, septem dies pæniteat. Si tangit uplent, cummanu, viginti dies. Si Diaconus, trigin-A. VIII dadies. Si Presbyter, hebdomadas quatuor. n pont Presbyter si semen fuderit per cogitationem, ri fun, V ij

REGINONIS LIB. II. 308 septem dies pænitear. Monachus similiter, Qui voluntarie semen fudit in Ecclesia, si Clericus est, quatuordecim, si monachus aut Diaconus, triginta dies, si Presbyter, quadraginta, si Episcopus, quinquaginta dies pun-

De quadrupedum fornicatione.

Burchard. lib. 17. C. 32.

CCLIII. Qui cum pecude peccat, annum unum. Quidam judicant annos decem, quidam septem, quidam quatuor, quidam centum dies.

### Item.

Si quis Clericus cum quadrupede fornicatus fuerit, annos duos, Subdiaconus tres, Diaconus & monachus quinque, Presbyter septem, Episcopus decem poniteat.

De Sodomitis.

Halitgar. lib. 6. C. 25. 17. C. 34.

CCLIV. Qui fornicaverit sicut Sodom Burchard lib. tæ, quidam judica verunt decem annos, qui dam septem, alij unum. Pueri centum dies. Alij judicaverunt, si in consuetudine est, latcus annos quinque, Clericus septem, Subditconus & monachus octo, Diaconus decen, Presbyter duodecim, Episcopus tredecimponiteat.

De eadem re. Ex Concilio Ancyrano.

Cencil. An-CYT. C. 15. Rhab. epift. ad Heribald. c.3: .

CCLV. De his qui inrationabiliter versau funt sive versantur, quotquot ante vigintiannos ætatis tale crimen commiserunt, quinde cim annis exactis in pœnitentia communio.

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 309 nem mereantur orationum. Post quinquen- Halitgar. lis: nium, id est, post vigintiannos, oblationis sa- 4.c. 7.
Burchard, lib. cramenta contingant. Quotquot autem post 17.0.30. viginti annos ætatis, uxores habentes, in hoc peccatum prolapsi sunt, viginti quinque annospænitentiam agentes, ad orationis communionem recipiantur. Et post quinquennium iidem post triginta annos communicent.

iliter.

fi Cleus aut

uadra-

pon-

annum

, qui-

n cen-

ornica.

is tres, byter

odom!

s, quin dies,

At, lar

ubdia-

decem,

m pa-

10.

verlati

ntian uinde-

nunio-

De eadem re. Ex eodem Concilio.

CCLVI. Eos qui inrationabiliter vixe - Concil. Anrunt, & lepra inusti criminis alios polluerunt, Lib. 7. Capipræcepit sancta synodus inter eos orare qui Haligar, lib. Ipiritu periclitantur immundo.

4. c. 8. Burchard. lib. 17. C. 31.

Deeadem re. Ex lib. 1. Capitularium, cap. XIX.

CCLVII. Si inventi fuerint qui cum Lib. 1. Capiquadrupedibus vel masculis contra naturam Burchard, lib, peccant, dura & districta poenitentia coër- 17.0 33. cendi sunt. Quapropter Episcopi vel Presbyteri, à quibus judicium pœnitentiæ injungitur, conentur omnimodis hoc malum radicitus abscidere.

De eadem re. Ex distis Basily.

CCLVIII. Clericus vel monachus adu- Burchard lib. lescentium vel parvulorum insectator, vel qui 17.0.35. osculo vel aliqua occasione turpi reprehensus fuerit, publice verberetur, & coronam amittat; decalvatusque turpiter, sputamentis obliniatur in facie; vinculisque ar ctatus ferreis, carcerali sex mensibus angustia maceretur; & triduo per hebdomadas singulas ex pane hor-V 111

REGINONIS LIB. II. deaceo ad vesperam reficiatur. Pohhac, alis fex mensibus sub senioris spiritalis custodiale gregata in curticula degens, operi manuum& orationi sit intentus, vigiliis & sletibus subje-Etus, & sub custodia semper duorum fratrum spiritalium ambulet, nulla privata locutione vel confilio deinceps juvenibus conjungendus.

De eadem re. Ex dictis I sidori.

Burchard, lib. CCLIX. Si quis ex juvenibus vel aliqu fuspiciosa persona cum parvulis jocaverit,di 17.0.36. turna pœnitentia maceretur.

Decademre. Vnde suprà.

CCLX. Sideprehensus fuerit aliquissis Burchard. lib. ter ludere cum pueris & habere amicitias zta 7. 6.37. tis infirmæ, tertio commoneatur ut memo sit honestatis atque timoris Dei. Si non cella verit, severissimè corripiatur.

> De eadem re. Ex Lege Theodosiana, lib. IX.

Interpret 1.6. Cod Theo dof. Deadul-\* Editio Hel mestad. con

CCLXI. Omnibus flagitiofum est vinte corpus muliebriter \* constitutum alienisess damnare patientiam. Nihil enim discretum videntur habere cum feminis. Hujusmodisco ftituere & ad lus spectante populo flammis vindicibus es piabis. [ Editio Helmastad. expiabunt.]

De copulatione fidelium. Ex Concilio Vvormaciensi.

Concil. Vvormac.c. 31. Lib. 5. Capitular. c. 80.

CCLXII. In copulatione fidelium gene rationum numerum non definimus ; sedidsta

DE ECCLES. DISCIPLINIS. tuimus, ut nulli liceat Christiano de propria Burchard. lib. consanguinitate seu cognatione uxorem acci- 7.c.2. pereusque dum generatio recordatur, cognoscitur, aut memoria retinetur.

ec, alis

odialeuum &

s subje-

fratrum

CULIONS

onjui-

l aliqui erit.dil-

ruis fra-

ias ata-

memol n cella-

na,

A vink

ni fexus

cretum odifce-

bus es-

cilio

n genelid fta-

Hæc de multimoda fornicatione ex diversis opusculis perstrinximus, sacerdotum judicio relinquentes quid falubrius & utilius esse in dandis pænitentiis decernant.

Nein domibus fidelium adulteria perpetrentur. Ex Concilio Meldensi.

CCLXIII. Provideant viri potentes, & Concil. Meld. maxime potentes feminæ, ut in suis domibus adulteria & luxuriæ concubinaticæ & incesta adulteria non vigeant. & \* suos Presbyteros, \* Venus codex qui cum eis in Capella vadunt, hujusmodi byteri virtutem habere faciant, quatinus in domibus luis omnia vitia resecent, & orationem dominicam ac symbolum cunctos tenere & frequentare compellant: quia parrœchiani Presbyteri & Episcoporum ministri de minoribus & levioribus personis hoc providere stude bunt.

De eadem re. Ex Capitularium lib. III.

CCLXIV. Dictum est nobis quod in Concil, Cabiquibusdam locis Episcopi & Comites ab ince- Lib. 2. Capistuosis, & ab his qui decimas non dant, vva- tular. c. 38. dios accipiant, & a Presbyteris pro quibusdam Longob. tie. neglegentiis, & inter se pecuniam dividant. 3. c. 10. quod penitus abolendum decrevimus, ne fortè avaritiæ locus detur.

MS. fui Pref-

V mij

## ABHING DE FURTO ET RAPINA.

Ex Panitentiali.

Halitgar. lib. CCLXV. Qui cupiditate captus furum fecerit, quod abstulerit reddat, & annos quinque pœniteat.

De eadem re. Ex Lege Romana.

CCLXVI. Pecunia ecclesiastica suran sive rapta solvatur quadruplum, populara dupliciter. [Vide to. 1 x. Spicilegy Dacherian pag. 57. c. 54. & Gratian. 17. q. 4. c. 16.]

De eadem re. Ex Panitentiali.

CCLXVII. Qui sæpe furtum secent, septem annos pæniteat.

De eadem re. Ex eodem.

Halitgar, lib. 6. c. 4. Burchard, lib. 11. c. 58. Gratian. 17. 8. 4. c. 17.

CCLXVIII. Si quis furtum capitalt commiserit, id est, quadrupedia tulerit, ve casas effregerit, septem annos pœniteat, sequod furatum est reddat. Si quis verò deminoribus semel aut bis furtum secerit, reddat quod tulit, & annum unum pœniteat in pane & aqua. Et si reddere non potuerit, annos ues pœniteat.

Unde suprà.

N

fu

h

Si quis sepulcrum violaverit, septem anno poniteat, tres ex his in pane & aqua.

DE ECCLES. DISCIPLINIS, De eadem re. Ex Concilio Toletano. CCL X I X. Si quis Clericus in demolien- Concil. Tolet. FN A. dissepulcris fuerit deprehensus, oportet in ta-4.c. 46.
Burchard. lib. liscelere proditum à clericatus ordine submo- 11. c. 63. veri & pænitentiæ triennio deputari. furtum os quin-De eadem re. Ex Concilio Agathensi. CCLXX. Si quis Clericus furtum Eccle-Conc. Agath. six fecerit, peregrina ei communio tribuatur. furata De eadem re. Ex eodem. pulana cherian CCLXXI. Si quis Clericus aut mona- Exceptiones chus furtum fecerit, quod potius facrilegium Burchard, lib. dici potest, id censuimus ordinandum, ut ju-11. c. 64. nior virgis cæsus, tanti criminis reus, nunquam officium ecclesiasticum accipiat. Si vefecent rojam ordinatus in hoc facinore fuerit deprehensus, nominis ipsius dignitate privetur. cui sufficere potest, pro actus sui levitate, implecapitalt tapænitentiæ satisfactione, sola communio. rit, ve Caput istud non extat inter canones synodi Agathensis. Et tamen Egbertus Cantuarieneat, N sis, qui multo antiquior est Reginone, illud demireddat landat ex Concilio Agathensi. in pant De eadem re. Ex dictis Hieronymi nos tres ad Titum. CCLXXII. Fur autem non solum in Burchard. lib. majoribus, sed etiam in minoribus judicatur. 11. c. 55. Non enim quid furto ablatum est, sed mens n annos furantis attenditur. Quomodoin fornicatione non ideireo diversa est fornicatio, si mulier pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua,

pauper aut opulenta. Sed qualiscunque illa fuerit, una est fornicatio. Ita in furto, quantum cunque quis abstulerit, furti crimen in currit.

De eadem re. Augustini dicta.

August. in Exod. q. 39. Burchard, lib.

fen: Accipiat unusquisque à proximo suo proxima vasa argentea & aurea & vestes de Non hinc quisquam exemplum sumendum putare debet ad expoliandum proximum. Hoc enim Deus jussit, qui noverat que quemque pati oporteret. Nec siralita securunt; sed Deo jubente ministerium prabuerunt. Quemadmodum cum minister occidi eum quem judex jussit occidi; prosecto si sponte faciat, homicida est, etiamsi eum occidat quem scità judice occidi debuisse.

# Item Augustinus.

August. in Exod. q. 71.
Burchard. lib.

Pænale est occultè auferre. Multò majoris pænæ est visibiliter eripere. Aufere ergo nolenti, sive occultè, seu palam, habet præceptum suum. Furti enim nominebe ne intellegitur omnis inlicita usurpatio se alienæ. Non enim rapinam permisit qui sutum prohibuit, sed utique sub surti nomines rapinam intellegi voluit. A parte enim totum significavit quicquid proximo aufertur.

De eadem re. Ex Capitularibus.

2

Lib. 6. Capitular. c. 96 & nam fecerit, aut cuiquam nostro sideli aut ejis in Capitulis Karoli Calvi homini aliquid vi abstulerit, in triplo, cui the

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 315 lit, legibus componat, & insuper bannum no- Tit. 20. pag. ftrum persolvat. Postmodum verò ante nos à 158. & Tit. Comite adducatur, ut in bastiniaco retrusus usque dum nobis placuerit, pænas luat. Nam si publice actum fuerit, publicam inde agat penitentiam juxta sanctorum canonum sanctiones. Si vero occulte, sacerdotum consilio exinde agat pœnitentiam: quoniam raptores, ut Apostolus ait inisiinde veram egerint panitentiam, regnum Dei non possidebunt. Quivero de rebus Ecclesiarum aliquid abstulerint, gravitis inde judicentur: quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium est, & sacrilegus vocatur qui exinde aliquid tulerit. Extorres namque à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ tales personæ usque ad satisfactionem Ecclesiæ, quam læserunt, sunt habendæ atque sirmiter denotanda. [ Pars ultima istius capitis diversa est ab editione que extat in libris Capitularium. Sed convenit cum ea quam exhibent Capitula Karoli Calvi. ]

De eadem re. Ex Pænitentiali.

CCL X X V. Si aliquis de ministerio Ec-11 c. 65. clesiæ quolibet modo aliquid furatus fuerit, leptem annos pæniteat.

De eadem re. Ex Concilio V vormaciensi.

CCLXXVI. Sape contingit ut in mo-Concil. Vvor nasteriis furta perpetrentur. Ideirco statuimus Burchard. liba ut quando ipsi fratres de talibus se purgare 11 c.66. debent, Missa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo præsentibus fratribus. Et sic, expleta Missa, omnes communicent in hæc verba;

jue illa

ien in-

H Moy-

Suo 6

tes or endum

ximum.

at qui æ fece-

ræbue

occidit tò fi id

m occi

o ma-Auterre

m, ha-

nine be

atio 18

qui furmine&

n totum

im rapi-

aut epis

CIII tu.

5.

REGINONIS LIB. II. Corpus Domini sit tibi ad probationem hodie. Multum diversus est hic canon à vulgant editionibus Concily Vvormaciensis. Istamia men lectionem secutus est Burchardus, Ou eo Gratianus. Itaque postrema pars ita habit in canonibus Concily. Et sic in ultima Mille celebratione, pro expurgatione fua corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Chris percipiant, quatenus ita inde innocentes le esse ostendant. Vide Misam Indicy is Glossario Francisci Pithœi in verbo Aque ferventis aut frigidæ judicium.

De causa criminali. Ex eodem.

lis

D

m

710

sil

Concil. Vvormac. c. 10. 2. C. 199.

CCLXX VII. Si Episcopo aut Presby-Burchard. lib. tero causa criminalis, homicidium, adulte rium, & maleficium reputatum fuerit, in fin gulis Missam tractare debet, & secretampublice dicere, & communicare, & de singuis fibi reputatis innocentem se ostendere. Quod si non fecerit, quinquennio à liminibus Eccle fix extraneus habeatur.

De rapina & violentia. Ex Capitulari.

Capitula Karoli CalviTit. 20. C. 3. 4. &

CCLXXVIII. Episcopi evangelica & apostolicæ necnon propheticæ auctoritats Tit. 29. c. 4. sententias de rapina & vi & decreta canonica & apostolica breviter debent habere adnotita, & hæc omnibus publicè relegant. Mill quoque legationis legales sententias & prade cessorum nostrorum & nostra de hac causaca pitula omnibus nota faciant. Et Episcopi De & episcopali auctoritate deprædationes & rapinas omnibus interdicant. Et Missi & CoDE ECCLES. DISCIPLINIS. 317 mites nostri cunctis ex nostro banno prohibere firmiter studeant ut cognoscant omnes quòd si tale aliquid facere præsumpserit, secundum divinas sententias episcopalem excipiet sententiam, & secundum leges & capitula regia emendare cogatur, & secundum judicium sidelium nostrorum condignam vindicam excipiet.

bodie.

vulgatis

stam ta.

5,00

a babu

corpus

Christientes se

edicij is

Aque

Presby-

adulte, in fin-

am pu-

fingula. Quod

Eccle-

lari.

elicæd

oritatis

monica

dnota-

· Mill

præde-

ula ca-

opi Del

\$ 8112-

& Co.

De eadem re. Ex eodem.

CCLXXIX. Quod si, quod absit, ta-1bid 6.7. lis emerserit qui Dei timorem postponat, & ecclesiasticam auctoritatem contemnat, & regiam potestatem refugiat, sciat, quicunque ille suerit, quia & secundum canonicam auctoritatem ab omnium Christianorum cœtu & à sanctæ Ecclesiæ consortio in cœlo & in terra alienus efficietur, & regali potestate atque omnium regni sidelium unanimitate, sicut Dei inimicus, & regni devastator, persequetur usque à regno exterminetur.

## Vnde suprà.

CCLXXX. Audiant rapaces quid Do-16id.c.10.
minus per Esaiam dicit: Rapinapauperis in domo vestra. Et per Apostolum: Neque rapaces,
neque homicida, neque adulteri, regnum Dei
possidebunt. Unde intendant quale quantúmque peccatum est rapina, quam cum adulterio
& homicidio sanctus comparavit Apostolus.
Item ipse dicit: Si quis fornicator, aut adulter,
autrapax, aut homicida est, cum hujus modi nec
sibum sumere Christiano licet ante satisfactionem. Et beatus Johannes Apostolus talem ho-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

REGINONIS LIB. II. 318 minem falutare vetat dicens: Nec ave ei direris, neque in domum receperis. Qui enimaved dicit, communicat operibus ejus malignis. Audiant quid in Toletano Concilio scriptumelli Require cap. x x x v 1.

CCLXXXI. Si quis , inquiunt , de potentioribus Clericum aut pauperem expoliaverit. Require retro ubi de homicidiis contnetur.

Audiantraptores & prædones rerum eccle siasticarum quid sanctus Anacletus à Petro Apostolo ordinatus dicat.

De eadem re. Anacletus.

Capitula Karoli Calvi ibid. 11. c. 18.

CCLXXXII. Qui abstulit, inquit, al. quid patri, homicidæ particeps est. Pater no-Burchard lib. ster sine dubio Deus est, qui nos creavit. Ma ter verò nostra Ecclesia, quæ nos inbaptimo spiritaliter genuit. Ergo qui Christi pecunis & Ecclesiæ aufert, rapit, aut fraudatur, homicida est, atque ante Deum homicida deputatur. Qui enim res Ecclesiæ abstulerit, sactilegium facit, & ut sacrilegus judicandus est.

Item Vrbanus Papa & Martyr dicit.

n

de

8

VI

ex

CC

Capitula Karoli Calvi ibid.

CCLXXXIII. Res & facultates eccle fiasticæ oblationes appellantur, quia Domino offeruntur, & vota sunt sidelium ac pretiapeccatorum atque patrimonia pauperum. Siqui illa rapuerit, reus est damnationis Ananiad Saphiræ; & oportet hujusinodi tradere Satanæ, ut spiritus salvus sit in diem Domini.

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 319

Item Lucius Papa.

CCLXXXIV. Rerum ecclesiasticarum Capitula Kar.

i dixe-

aveei

is. Au-

um efti

de po-

xpolia-

conti-

reccle-

1 Petro

it, all-

ter no-

it. Ma-

ptilmo

ecunias

ur, ho-

, facti

us elt.

s eccle-

)omino

tiapec

Siqui

aniæ&

e Sata-

ni.

cit.

& facultatum raptores à liminibus sanctæ Ec& facultatum raptores à liminibus sanctæ Ecclesse anathematizantes apostolica auctoritate pellimus & damnamus atque facrilegos esse
judicamus, & non solum eos, sed etiam omnes consentientes eis: quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt, rei judicantur.

De eadem re.

CLXXXV. Augustinus dicit: Qui ali-Capitula Kar. quid de Ecclesia furatur & rapit, Judæ prodi-Burchard, lib. tori comparatur.

In canonibus scriptum.

CLXXXVI. Si quis oblationes Eccle- conc. Gangr. size extra Ecclessam rapere vel dare voluerit c.7.

Burchard. lib. præter conscientiam Episcopi vel ejus cui hu- 11. c. 21.

jusmodi officia commissa sunt, anathema sit.

De eadem re. Ex Concilio Meldensi, cap. LXI.

CCLXXXVII. Ut pervasores rerum Concil. Meld. ecclesiasticarum, qui eastdem res contra aucto-Burchard. lib. nitatem non solum retinere, verum etiam cru-11.c.16. deliter depopulari noscuntur, quidam etiam & facultates Ecclesiæ in diversa conlaboratione & reditibus eas expoliant; sed & pauperes & vicinos & circummanentes immisericorditer expoliant, devastant, & opprimunt, ut rapaces, qui secundum A postolum à regno Dei 1. cor. 6. excluduntur, ex criminali & publico peccato

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

REGINONIS LIB. II. publica pœnitentia satisfaciant. Quòdsi hot agere noluerint, & potestate regia ad hoc exhortati vel coacti non fuerint, proferatur contra eos apostolica terribilis sententia, qua dicitur: Si quis frater nominatur, & est rapax, 1. Cor. 5. cum hujusmodi nec cibum quisquam sumere pre Sexta synodus sumat. Quia iniquum & sacrilegum est, " Symmachus Papa & post eum beatus Grego-Romana fub Symmacho. s. Gregor. lib. rius Sabino Subdiacono scribit, & contrale ges est, si quis quod venerabilibus locis relin-8. Ind. 3. epilt. 6. quitur, pravæ voluntatis studiis suis compendiis tentaverit retinere. Secundum statutata nonum ab omni ecclesiastica communioneu facrilegus debet arceri, donec studeat digna satisfactione quod admisit corrigere. De his qui loca facrata infringunt. Ex eodem. CCLXXXVIII. Ut hi qui monasseni Concil. Meld. & loca Deo sacrata & Ecclesias infringunt, & c. 60. Burchard.lib. deposita vel alia quælibet exinde abstrahunt, 11. C. 22. & facerdotes ac viros ecclefiasticos non solum dehonorant, veriim diverso modo affligum, velut facrilegi, canonicæ sententiæ subigantur, atque excommunicentur. Quomodo Episcopus ad synodum vocet prædatores. Vnde suprà. CCLXXXIX. Episcopus in cujus par Capitula Karrœchia aliquis consistens aliquid injuste fecelomanni Tit. Burchard, lib. rit, semel & bis atque tertio, si necesse fuerly 2. C. 5. vocabit illum sua admonitione per suum nun-11. C. 13. tium canonice ad emendationem five compositionem & ad poenitentiam, ut Deo & Eccle

cl

DE ECCLES. DISCIPLINIS. six satisfaciat, quam læsit. Si autem despexeritatque contempserit ejus admonitionem & saluberrimam invitationem, feriat illum pastorali virga, hoc est, sententia excommunicationis, ut à communione sanctæ Ecclesiæ omniumque Christianorum sit separatus usque ad congruam satisfactionem & dignam emendationem. Quam excommunicationem debebit isdem Episcopus seniori illius notam facere & omnibus suis coëpiscopis, ne eum recipiant usque ad dignam satisfactionem.

Burchardus in fine istius capitis quadam, ut ego quidem arbitror, de suo addidit, quòd putaret haud dubie necessarium esse ut cum quis Christianus erat excommunicatus, id in omnium parochianorum notitiam perferretur. Itaque in fine capitis, post vocem coepilcopis, ista addita sunt apud Burchardum, & omnibus suis parochianis. que tamen non extant apud Reginonem, neque in Capitulis Karlomanni, unde petitum est istud ca-

fi hoc

oc ex-

ur con-

qua di-

rapax,

ere pre-

est , u

Grego-

ntrale-

s relin-

mpen-

tuta ca-

ioneut

t digna

nt.

nastena

unt, &

rahuni, 1 folum fligunt,

ibigan-

ocet

us par

tè fèce-

e fuerit,

m nui-

compo

Eccle-

De his qui alterius parrœchiani sunt. Ex eodem.

CCXC. De illis autem qui infra parrœ- Capir. Karlochiam beneficium aut hereditatem habent, & c. 6. alterius Episcopi parræchiani sunt, & dum Burchard. lib. de loca al li ca 45. de loco ad locum iter faciunt, rapinas & de- Ivo parte 14. prædationes peragunt, placuit nobis & fideli- c. 109.
Gratian. 6. bus nostris, ut excommunicentur, nec antè ex q 3. c. 5. Patrechia exeant quam que perpetrarunt Prima Coll. digné emendent. Quorum excommunicatio s. tit. 14. c. 1. leniori eorum & proprio Episcopo significan-

da est, ne eos recipiant antè quàm illuc redeant ubi rapinam secerunt & omnia plemiter emendent.

In Capitulis Karlomanni, & apud Burchardum, tum etiam apud Ivonem & Gutianum, & in prima collectione Decretation, longe diversa est editio istius capitis de ea quam prefert collectio Reginonis. Nulla enim illic mentio sidelium Regis, ut nequis sequenti capite. Quin & in veteri codice Reginonis, quo nos usi sumus, hac verba, & delibus nostris, cultelli ope erasa sunt in diduobus capitibus, sic tamen ut manifestant stigia supersint veteris lectionis.

ce

PI

ne

to

CI

tu

fel

ful

ra

mi

eti

tia

stin

De eadem re. Vnde suprà.

CCXCI. Placuit nobis & fidelibus nolom. ibid.c.8.
Burchard. lib. stris pro communi utilitate & instanti necess.

11. c. 12. tate ut nullus Episcoporum graviter ferat sejus parrœchianum pro hujusmodi depræditionis causa alter Episcopus excommunicationis.

De eadem re. Ex eodem.

Capitula Karlom. ibid.

CCXCII. Si aliquis autem regiam pote statem & episcopalem auctoritatem promission duxerit, & rebellis existens in rapina octifus fuerit, nulli sidelium nostrorum, quiem occiderit, aliquis faidam portet, neque po ejus morte aliquid componat.

Si Episcopus non excommunicet prædatorem. Ex Concilio ad Pistas.

Concil. Tolet. CCXCIII. Episcopus autem secundum

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 323 Toletani Concilij capitulum septimum, ad Capitula Kar. Deum & Ecclesia pacem faciunt si accontra Calvi Tit. 29. Deum & Ecclesiæ pacem faciunt, si eos quolibet munere vel favore aut neglegentia \* ad- \* In Capitumonere aut excommunicare distulerit, ut aut lis Kaross Calvi, adm. revertentes suscipiat, aut contemnentes de noluerit, ut Ecclesia eiciat, excommunicatus à collegio autreva ceterorum habebitur quousque emendationis vel damnationis eorum ab eo sententia promulgetur. Quoniam nisi communiter certaverimus ut in omnibus justitia conservetur, nec Rex pater patriæ, nec Episcopi propitiatores & reconciliatores populi, nec qui participatione nominis Christi Christiani vocamur, hoc quod humano ore dicimur in divinis oculis esse valemus.

> Item de rapacibus. Ex Concilio Mogonciacensi.

CCXCIV. Quisquis fastu superbiæ elatus domum Dei ducit contemptibilem, & pol- Khab. c. 6 sessiones Deo sacratas atque ad honorem Dei 11, c. 23. sub regiæ immunitatis defensione constitutas inhoneste tractaverit, vel infringere præsumpferit, aut incendia vel vastationes ausu temerario perpetraverit, quasi invasor & violator Ecclesia Dei, qua est domus Dei vivi, à communione omnium fidelium abscidatur. Decet etiam ut indignationem Domini Regis sentiat, cujus benevolentiæ contemptor & conltitutionis prævaricator extitit.

Concil. Mo-Burchard. lib.

X ij

HC IC. leniter

d Bur-& Graecretaritis ab

Nulla equein e Regi-1,84

t in his estavi-

115 IIO. recell. ferat l præda. unica

n pott o minla occiui eun

dato-

ındûm

ne bto

REGINONIS LIB. II. 324

> Quod Episcopi protegere & defenderepo pulum debent. Ex Concilio Toletano.

Concil Tolet. CCXCV. Episcopi in protegendis popu-Burchard, lib. lis ac defendendis impositam sibi curam non 4. C. 32. ambigant; ideoque dum conspiciunt judica 15. C. I. ac potentes pauperum oppressores existen, prius eos sacerdotali \* communione redar-

ceat.

\*, Leg. commonitione

> Item de malefactoribus. Ex Concilio Triburiensi cap. VIII.

guant; & si contempserint emendari, eoum insolentiam regiis auribus intiment; ut quo facerdotalis admonitio non flectit ad juli tiam, regalis potestas ab improbitate cor-

CCX CVI. Conquesti sunt quidam de Concil. Triquibusdam malefactoribus, quorum tam 11bur. c. 3. 2. mia improbitas est ut admonitionem sacerdo tum non curent, bannum Episcoporum contemnant, ad synodum ter quatérque vocit venire despiciant, ad extremum excommunicari pro nihilo ducant. De talibus etiam! Capitulari statutum est regiæ cognitionis deri debere. Et devoto Regi Arnulfo cum Eta synodo placuit ut quicunque post excommunicationem debitam sic Deum parviali

abique compolitione.

CE OF THE

fn

mant & Christianitatem, seculari potestat persequendos; & si interficiantur, jacean DE ECCLES. DISCIPLINIS. 325

De eadem re. Ex Concilio apud Suessionis.

ere po-

s popu-

m non

judice

xistere,

redar.

eorum

it quoi

d juli.

e coci-

ilio

fam de

am ni-

acerdo

m con-

VOCAL nmul-

tiam II

ni lua-

ım fan-

excomvi ætt-

otestatt

jaceant

CCXCVII. Obtentum est etiam à de-Concil Suefvotissimo Principe Karolo ut incesti quilibet aliique perditi examen Episcoporum refugientes, per judices publicos ad eorum præsentiam deducantur, ne ulterius inlecebram peccandinutriat impunitas vitiorum.

Ex Concilio apud Lauriacum in pago Andecavensi anno DCCCXLIV. Indictione VI. cap. I. mense Octobri.

CCXCVIII. Si quis publicus divinæ Burchard. lib. legis prævaricator, vel pro manifestis criminibus, ecclesiastica justa & rationabilia judicia contemptor repertus fuerit, ac sanctorum patrum constitutionibus contradictor, si monitionibus episcopalibus obtemperare distulerit, anathematizetur.


Ex eodem, cap. 11.

CCXCIX. Si quis contra regiam dignitatem dolosè ac callidè & perniciosè agere comprobatus fuerit, nisi dignissime satisfecent, anathematizetur.

Ex eodem, cap. 111.

CCC. Si quis potestati regiæ, quæ non Burchard. lib. est juxta Apostolum nisi à Deo, contumaci & Rom. 13. inflato spiritu contradicere vel resistere prælumpserit, & ejus justis & rationabilibus imperiis secundum Deum & auctoritatem eccleliasticam ac jus civile obtemperare noluerit, anathematizetur. X 111

Vide to. 2. Concilior. Galliæ pag.



Vnde suprà cap. IV.

CCCI. Quicunque superbiæ facibus accensi, vel protervia stomachati, hæc quæpio sanctæ matris Ecclesiæ tranquillitate sacerdotalique rigore à nobis unanimiter definita, ma nibusque propriis roborata, violaverint, placet eos omnes anathematizari.

> Si homo accufatur & negaverit. Ex Concilio Triburiensi.

> > d

tı

ri

tı

n

C

ti

CE

b

tu

CCCII. Nobilis homo velingenuus, Concil. Tribur. c. 22. Burchard lib. in synodo accusatur & negaverit, si eum fide. lem esse sciunt, juramento se expurget. Sian-16. C. 19. tea deprehensus fuerit in furto atque perjurio, ad juramentum non admittatur. Sed, sicurqui ingenuus non est, ferventi aqua & candent ferro le expurget,

> Ut nullus alterius parræchianum excommi . nicet. Ex epistola Zephyrini Papa.

Lib. 5. Capi tular.c. 159. 16. C. I3.

CCCIII. Nemo absens judicetur, qui Burchard. lib. humanæ & divinæ hoc prohibent leges. Nul lum namque corum, id est, accusatorum fententia non à suo judice dicta constringat, quia & seculi leges idipsum fieri præcipium [Vide lib. 7. Capitular. cap. 229. & 266.]

De eadem re. Ex Lege Theodosiana.

CCCIV. In causis privatorum talis ratio Interpret I. observetur, ut nullus alterius judicis nisi un. Cod. Theodof. De fententia teneatur. te judic.

DE ECCLES. DISCIPLINIS.

Ex eadem, cap.

bus ac-

juæ pro

cerdoita, m2-

it, pla-

Ex

uus, f

ım fide-

E. Sian-

erjuno,

icutqu

andent

ommi

r, qui s. Nul-

torum,

tringat,

cipiuni

56.

14.

is ratio nifi la

e.

Nullus penitus audiatur qui unius cau- Interpret. 1. 22. Cod. Theod. sæ propositionem apud duos judices partiri De judiciis. voluerit.

De eadem re. Ex Capitularibus.

CCCV. Ut nemo Episcoporum homi - Capitula Kanem peccantem ab Ecclesia & Christiana reli- roli Calvi tit. gione vel communione alienet donec illum ut secundum evangelicum præceptum ad emendationem & pænitentiam redeat commoni tum habeat. Quod si incorrigibilis permanserit, regiæ potestati Episcopus notum faciat, ut constringatur. Qu'od si nec sic correxerit, tunc secundum leges canonicas à communione ecclesiastica segregetur.

De eadem re. In Synodo Meldensi cap. LV.

CCCVI. Ut nemo Episcoporum quem- Concil. Meld. libet sine certa & manifesta peccati causa c. 56.
Burchard, lib. communione privet ecclesiastica. Anathema 11.c. 10. autem sine consensu Archiepiscopi aut coëpiscoporum, prælata etiam evangelica admonitione, nullum ponat, nisi unde canonica docet auctoritas : quia anathema æternæ est mortis damnatio, & nonnisi pro mortali debet imponi crimine, & illi qui aliter non potuerit corrigi.

X iiij

#### 328 REGINONIS LIB. II.

Ut non cito ira commotus aliquem Epilcopus excommunicet. Ex epistola Evaristi Papa.

Concil Tri-11. 6.9.

Genes 18.

CCCVII. Deus omnipotens, ut nos Burchard. lib. præcipitata prolatione sententiæ compescere, cum omnia nuda & aperta fint oculis eju, mala tamen Sodomæ noluit audita judicate priulquam manifeste agnosceret quæ diceban tur. Unde ait: Descendam, & videbo utrun clamorem qui descendit ad me opere compleurint, annon est ita, ut sciam. Cujus exemplo monemur ne ad proferendam sententiamunquam præcipites simus, aut temere indiligentérque indiscussa quoquo modo judicemus.

De eadem re. Ex dictis Gregory.

e

C

li

fi

D

Fob. 29. S. Gregor. lib.

CCCVIII. Beatus Job dicit: Caufanto 19. Moral, c. quam nesciebam, diligentissimè investigabam, Summopere præcavere debent rectores Ecclesiarum, & qui publica judicia exercent, " in dictandis sententiis nullatenus levitate au furore ducti fint præcipites; sed causis prids diligenter ventilatis, cum res quæ ignorabatur pleniter ad notitiam venerit, tunc divina & humanalex revolvatur, & secundum quod ibi constitutum est, remota personarum acceptione, definitiva proferatur sententia Hinc est quod Moyses querelas populisemper ad Dominum, tabernaculum ingressus, referebat, & juxta quod Dominus imperabat, judicia proponebat; nimirum nos instituens ut non ex corde nostro, sed ex oraculo divino, condemnationis vel justificationis sententiam proferamus,

DEECCLES. DISCIPLINIS.

De eadem re. Ex Lege Theodofiana, lib. 11. cap. x V 1 1 1.

Epif-

1105 4 elceret,

s ejus,

idicare

ceban-

utrum

ipleve-

emple um un-

iligen

nus.

au fam. gabam.

es Ec.

ent, u te aut

prius

oraba-

divina

quod

m ac-

entia. isem-

115, 18-

rabat,

ituens vino,

ntiam

CCCIX. Judex cum causam audire cœ- Interpret. 1 1. perit, litigatorum affertiones vel responsiones Cod. Theod. patienter accipiat, & omnia plena discussione perquirat; nec priùs litigantibus sua sententia velit obviare, nisi quando ipsi, peractis omnibus, jam in contione vel contentione non habuerint quod proponant. Frequenter interrogari oportet, ne aliquid prætermissum fortalle remaneat.

Ut quod in Deum quis peccat nullus donare possit. Ex dictis Hieronymi.

CCCX. Attendendum est quid Dominus Hieron. in Matth. c. 18. dicat: Si peccaverit in te frater tuus. Aliud est Burchard lib. peccare in nos, aliud peccare in Deum. Si in 11. c. 15. nos aliquis peccaverit, habemus potestatem c. 85. dimittere ei. Si autem in Deum quis peccaverit, non est nostri arbitrij. Scriptum quippe est : Si peccaverit vir in virum , placari potest ei Deus. Si autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo? Nos è contrario in Dei injuria benigni & misericordes sumus, & Dei offensam, quasi in nostra potestate sit ejus velle & ejus nolle, impune absque congruenti pænitentiæ vindicta donamus; cum tamen quod in nobis commission est, nec saltim verbum contumeliosum leviter prolatum, sine vindicta pertranfire patiamur. Dimittamus ergo propter Deum quod in nobis perpetratum est; & quod in Deum commissum est, quia dimittere \* Codex M Se non possumus, juxta \* consuetudinem san - constitucion e

REGINONIS LIB. II. ctorum patrum, secundum canonicamaudo ritatem vindicemus.

#### ABHINC DE PERJURIO.

Ex Cap.

CCCXI. Habemus in lege Domini cop-Capitulare A. tum: Non perjurabis in nomine meo, nec pol. quisgran. Ka- lues nomen Domini Deitui, nec assumes nomel roli M. c. 63. Domini Dei tui in vanum. Ideo admonend tular. c. 63. funt omnes ut diligenter caveant perjurum, Burchard. lib. non solum in altari seu sanctorum reliquis, 12.C. 2. sed & in communi loquela. Item cavendum est ne aliquis plus aurum honoret quamaltare, ne ei Dominus dicat : Stulte, quidest ma-

Matth. 23.

## Item unde suprà.

jus, aurum, aut altare quod sanctificat aurum?

CCCXII. Sed & nobis honestum vide Lib. 1. Capitular. c. 63. tur ut qui in san Etis audet jurare, hoc jejunus Lib. 2. Leg. faciat cum omni honestate & timore Dei. Et Longob. tit. 55. C. 22. Burchard. lib ut parvuli, qui sine rationabili ætate sunt, non 12. C. 12. cogantur jurare.

### Item.

CCCXIII. Qui semel perjuratus fuent, Lib. 1. Capitular. c. 63. nec testis sit posthæc, nec ad sacramentumac Lib. 2. Leg. cedat, nec în sua causa vel alterius jurator Longob. tit. \$1. C. 4. existat.

De eadem re. Ex Concilio ad Piftas.

CCCXIV. Ut nulli alteri per sacramen Capitular, lib. 3. cap. 8. tum fidelitas promittatur nisi nobis & uniquiDE ECCLES. DISCIPLINIS. 3311 que proprio seniori ad nostram utilitatem & sui senioris, excepto his sacramentis quæ juste secundum legem alteri ab altero debentur.

aucto.

),

[Crip-

ec pol-

nomen

nendi trium,

quis,

ndum

alta-

st ma-

erum?

vide-

junus

ei. Et

t, non

uent,

mac

irator

men-

nicul-

Ex eodem, cap. x.

De perjuriis ut caveantur, & non admit-Lib. 3. Capitantur testes ad juramentum antequam discutib. 2. Leg. tiantur. & si aliter discuti non possiunt, sepa-Longob.tit. 10.0.2. & tit. rentur ab invicem, & singulariter inquirantur. 18. & non solum accusatori liceat testes eligere absente suo causatore. & omnino nullus, nisi jejunus, ad sacramentum vel testimonium admittatur. & de ipso pago & de vicinis centenis eligantur. & si quis convictus fuerit perjurij, perdat manum, aut redimat.

De eadem re. Ex eodem, cap. LVIII.

CCCXV. Ut sacramenta quæ ad pala-Lib. 3. Capitium suerint adramita, in palatio perficiantur. L b. 2. Leg. Et si sacramentales homines venire renuerint, Longob. tit. jussione dominica aut indiculo aut sigillo venire cogantur.

Ex lib. IV. cap. XXVI.

Ubi antiquitus consuetudo suit , & ubi lib. 4. Capi-mallum habetur, ibi sacramenta jurentur.

Ut Episcopus super sacra non juret. Ex Concilio Meldensi, cap. XXXVII.

CCCXVI. Ut nullus deinceps Episco-Concil Meld.

pus super sacra jurare præsumat. quod mystenj causa sancti quæsierunt Patriarchæ, & secerunt. Non enim in hæsitatione & malitia
exigentis, sed in caritate non sicta sides ser-

JNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

REGINONIS LIB. II. 332 vatur. Quod qui transgredi ausu temerario præsumpserit, quolibet modo inlectus, gradus sui periculo subjacebit.

Item de perjurio. Ex eodem, cap. xxxvIII.

Concil.Meld. C. 39. Burchard. lib. 12. C. I.

CCCXVII. Ut multiplex juramentorum & perjuriorum confusio, per quam multæ fidelium animæ intoto hoc regno perditz esse noscuntur, quam sit detestanda & De odibilis, attentius omnibus annuntietur. Tantum namque hoc malum est ut ad sanctuana martyrum, ubi diversorum ægritudines lanantur, ibi perjuri, licèt manifeste interdum vexari non videantur, justo Dei judicio à damonibus arripiantur; & sicut sanctus dicit Gre gorius: Adhorum corpora agri veniunt & 11-Homil 32. in rantur, & perjuri à demonio vexantur.

evang.

Quo tempore facramenta jurentur. Ex Concilio ad Pistas.

Capitula Kazoli Calvi tit. 31 C. 33.

CCCX VIII. Constituimus una cum consensu & consilio sidelium nostrorum ut ab ipso die, quo sacramentum accipitur, poli quadraginta dies & quadraginta noctes, 16 est, quadragesimo secundo die de sex septmanis, ipsa feria qui illud sacramentum acce. pit, legaliter in locis constitutis juret. Et sipsa dies intra quadragesimam evenerit, nemo jurare præsumat. Et si quis præsumpsent, bannum nostrum componat, & inde pant tentiam episcopali judicio faciat. Ipsa autem quadragesima à capite jejunij cum ipsa seria quarta usque ad illud die Lunis post octavas Palchæ observari præcipimus.

DEECCLES. DISCIPLINIS. 333

Ut feria quarta ante quadrage simam sacramenta non jurentur. Ex Concilio apud sanctum Medardum.

CCCXIX. Ut Missi nostri Comitibus Capitula Ka-& omnibus reipublicæ ministris sirmiter ex oci Calvi tit. verbo nostro denuntient ut à feria quarta ante x to. 3. Coninitium quadragesimæ usque post octavas cil. Gall. pag. Paschæ mallum publicum, nisi de concordia & pacificatione, tenere præsumant, neque aliquis juret. Similiter etiam à quarta feria ante nativitatem Domini usque post consecratos dies observent, nec non & jejuniis quatuor temporum, & in rogationibus. Nullus etiam in dominico die placitum teneat, aut sacramentum juret.

Postremum istud membrum , quod & Helmastadiensis editio Reginonis & manuscriptus liber Parisiensis exhibent, non extat in actis Concily Suessionensis, neque in Capitulis

Karoli Calvi.

erario

, gra-

VIII.

ento-

mul-

erdita

c Deo

.Tan-

Luaria

fanan-

m ve-

æmo-

Gre-

et 01-

Ex

i cum ut ab

es, id

lepti-

acce.

thip-

nemo pferit,

pæni-

autem

a feria

Ctavas

De Clerico, si perjuraverit. Ex Concilio Aurelianensi.

CCCXX. Si quis Clericus præbuerit ju-Concil. Aureramentum, & post rebus evidentibus detegitur perjurasse, biennij temporis excommunicatione plectatur.

De his qui sacramento se obligant ne ad pacem redeant. Ex Concilio Hilerdensi.

CCCXXI. Qui sacramento se obligave- Concil, Ilerd. rit ut ad pacem nullo modo redeat, pro perju-Halitgar, lib.

RECINONIS LIB. 11. 334 Burchard. lib. rio uno anno à corpore & fanguine Domini segregetur, & reatum suum jejuniis & elee-12. C. 17. mosynis absolvat. ad caritatem verò, qua operit multitudinem peccatorum, celeriter veniat. Item de perjurio. Ex dictis Hieronymi. CCCXXII. Cum juramento pollicitus Burchard. lib. est Herodes saltatrici dare quodcunque pollu-12. C. 16. lasset ab eo. Si ob jusjurandum fecisse sedicit, quid si patris matrisque postulasset interium, facturus effet, annon? Quod in suis ergo repudiaturus fuit, contemnere debuit etiamin Propheta. De eadem re. Ex dictis Beda Presbyteri. CCCXXIII. Si aliquid forte nos in-Beda homil. 44. in decol- cautius jurasse contigerit, quod observatum pejorem vergat in exitum, illud confilio falulat. S. Iohan. Burchard. lib. briori mutandum noverimus, ac magis instan-12. C. 18. te necessitate perjurandum nobis quam perfecto juramento in aliud crimen majus essedvertendum. De eademre. Ex Ponitentiali. CCCXXIV. Quicunque sciens perjura-Halitgar, lib. Burchard. lib. verit, septem annos pæniteat, & post hat communionem accipiat. [ Vide epistolam Rha 12. C 8. bani ad Heribaldum cap. 8. ] Ex Pænitentiali ut supra. CCCXXV. Si quis perjuraverit, ultra ad facramentum non admittatur.

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 335

De eadem re. Ex eodem.

omini

elee-

, qua

eriter

mi.

licitus

poltu-

dicit,

ritum, to 16-

amin

ers.

os 111 vatum

alunstan-

perfe-

He di-

rjura-

A hac

ultra

CCCXXVI. Si quis suspicatur quod ad Rhab. epiffs perjurium inducitur, & tamen ex consensu ad Heribald. jurat, duos annos pœniteat. Burchard lib. 12. C. II.

Vnde Suprà.

CCCXXVII. Si quis perjuraverit per Burchard. lib. cupiditatem, omnes res suas vendat, & pau- 12. c. 3. peribus distribuat, & monasterium ingressus, jugi pænitentiæ se subdat.

Vnde supra.

CCCXXVIII. Si quis perjurium fecerit, laici annos tres, Clerici quinque, Subdiaconi sex, Diaconi octo, Presbyteri decem, Episcopi duodecim annos poniteant.

De eadem re. Ex Capitul. Titulo XIV.

CCCXXIX. Quicunque comprobatus Capitulare fuerit quod scienter testes in perjurium indu- tit. 7. c. 6. & xisset, sub sidejussoribus ad palatium adduca- Addit. 1v. tur, ubi cum fidelibus nostris consideremus Lib. 2. Leg. quid de talibus faciendum sit. Episcoporum Longob. tit. autem erit de pænitentia cogitare.

Postremam capitis istius partem non exhibet Capitulare I I 1. Ludovici Py, neque Additio Iv. Capitularium, Extattamenin editione Helmestadiensi Reginonis & in veteri codice MS. quo nos resi sumus.

De eadem re. Ex eodem.

CCXXX. Qui compulsus à domino per-Burchard. lib. jurat, si sciens, tres quadragesimas & legiti-12.c.4. mas ferias pæniteat.

De eadem re. Ex eodem.

V

fi

ti

al

re

ca

ut

fte

180

me

mi

nu

tur

niu

fuis

Rhab. epift. CCCXXXI. Qui perjurat se in manu ad Heribald. Episcopi vel Presbyteri aut in cruce consecrator. 12. c. s.

Burchard. lib. ta, tres annos pæniteat.

De eadem re. Ex eodem.

Rhab. epist. ibid.
Burchard. lib.
12. c. 5.

CCCXXXII. Si verò in cruce non confecrata, annum unum pœniteat. Si autem in manu hominis, apud Græcos nihil est. Qui autem seductus fuerit, & ignorans juravit, & postea cognoscit, tres quadragesimas pœniteat.

### Ex eodem.

Burchard. lib.

Si quis coactus pro vita redimenda, vel pro qualibet causa vel necessitate perjurat, tres quadragesimas. Alij judicant tres annos, unum ex his in pane & aqua, pæniteat.

De falso testimonio. Ex Concilio Aurelianensi.

Concil. Aurelian. 3. c. 8. Lib. 7. Capitular. c. 165.

CCCXXXIII. Si quis Clericus furtum fecerit, aut falsum testimonium dixerit, quia capitalia crimina sunt, communione concessa ab ordine degradetur.

De eadem re. Ex Capitularium lib. 14. cap. x x 1 1.

Lib. 4. Capitular. c. 23. Lib. 2. Leg. Longob. tit. 51. c. 11.

qualibet causa contentionem habuerit, & testes contra eum per judicium producti suerint, si ille falsos eos esse suspicatur, liceat ei alios testes, quos meliores potuerit, contra eos opponere.

DE ECCLES, DISCIPLINIS. ponere. Quod si ambæ partes ita inter se dissentiunt ut nullatenus ulla pars alteri cedere velit, eligantur duo ex ipsis, qui cum scutis & sustibus in campo decertent, & campioni, qui tidus fuerit, propter perjurium dextra manus amputetur. Ceteri vero falsi testes manus suas redimant. Duæ partes ex hoc persolvantur qui calumniatus est, tertia pro fredo. Et hoc in seculari causa. In ecclesiasticis verò, ubi de una parte seculare, de altera ecclesiasticum negotium est, idem modus servetur. Ubi autem ex utraque parte ecclesiasticum, si se rectores pacheare non possiint, advocati eorum in mallo coram Comite causas suas prosequantur. Tesles autem de ipso comitatu esse debent.

mahil

lecra-

n conem in

. QIII vit,&

ocni-

, tres nnos,

s fur-

xerit,

e con-

IV.

ro de

Screerint,

alios

s opnere, De eadem re. Vnde suprà, cap. XXXII.

CCCXXXV Optimus quisque in pago Lib. 3. Capi. vel civitate in testimonium assumatur, & cui tular. c. 32. is contra quem testimoniare debet nullum cri- M. ad Legem men possit inferre.

Decadem re. Ex eodem, cap. 111.

CCCXXXVI. Ut testes ad testimo - Lib. 3. Capinium dicendum præmio non conducantur. Et Lib. 2 Leg. nullus testimonium dicat nisi jejunus. Et ut te- Longob. iit. ltes, priusquam jurent, separatim discutian-Burchard. lib. ur quid dicere velint de illare unde testimo- 16. c. 35. nium reddere debent.

De eadem re. Ex Concilio Agathensi.

CCCXXXVII. Eos qui false fratribus Concil. Areluis capitalia crimina objecisse convicti fue-Lib. 6. (apiunt, placuit eos usque ad exitum non commu-Burchard. lib.

Lib 2, Leg. Longob. tit. 51. C.3.

REGINONIS LIB. II. 338 nicare, nisi digna satisfactione ponituerint.

De eadem re. Ex Concilio Heliberitano.

f

ec

fo

ge

re

leg

re

Sol

dia

de

Vir

mi

lun

nur

abst

Concil. Eliberit. c. 75. Burchard. lib. 2. C. 19j.

CCCXXXVIII. Si quis Episcopum, Presbyterum, aut Diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, necinh. nem dandam ei communionem.

De eadem re. Ex Concilio Hispalens.

Conc. Epaon. C. 13. Burchard, lib. 16. C. 24.

CCCXXXIX. Si quis Clericus de fallo testimonio convictus fuerit, reus capitalisci. minis censeatur.

De eadem re. Ex Concilio Agathensi.

Concil. Car-Addit. IV. C. 20. Burchard. lib. 16. C. 33.

CCXL. Episcopus accusatores fratium thag. 4. c. 55. excommunicet. Et si emendaverint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum,

De eadem re. Ex Concilio Heliberitano.

Concil. Eliberit. c. 74. Burchard, lib. 16. c. 18.

CCCXLI. Falsus testis, prout crimen est, abstinebitur. Si tamen non fuerit morto quod objecit, & probaverit quod diù tacuit, biennij tempore abstinebitur. Si autem noll probaverit, in conventu Clericorum placut per quinquennium abstineri.

De eadem re. Ex Concilio Agathens.

Conc. Agath. Halitgar. lib. 4. c. 30. Burchard lib. 16. C. 17.

CCCXLII. Falfos restes à communio ne ecclesiastica submovendos, nisi pænitentiz satisfactione crimina admissa dilucrint.

Unde supra.

CCCXLIII. Noverint falsi testes quod Burchard, lib. si falsum testimonium capitale crimennonel. 16, C, 16.

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 339

set, nequaquam Dominus in evangelio inter
principalia crimina adnumerasset. Ait enim:

De corde exeunt homicidia, adulteria, furta,
falsa testimonia. Et ideo similiter debet pænitere & excommunicari falsus testis sicut adulter & sur & homicida.

De eo qui hominem suratus suerit. Ex epistola
Rabani Episcopi ad Reginbaldum
Chorepiscopum.

CCCXLIV. Primò interrogasti quid de

mt.

720.

pum,

inibus

cinh-

ıfi.

e falfo

lis CII-

s.

atrum

ım,re-

erum.

ano.

crimen

mortis

tacuit,

m non

placun

nsi.

nunio-

itent12

quod

ion el-

CCCXLIV. Primo interrogasti quid de eo saciendum esset qui hominem Christianum sollicitando fuerit furatus, & ad paganam gentem tradendo vendiderit. Ad quod tunc respondi, homicidij reatum ipsum hominem libi contrahere mihi videri. Quod & postea, legens divinam legem, in Deuteronomio ita Denier. 19. reperi, animam pro anima homicidam reddetedebere, oculum pro oculo, dentem pro dente&c. Et rursum : Si quis deprehensus fuerit Demer. 24. sollicitaße fratrem suum de filiis Israël & vendidisse, accipiendo pretium, interficiatur. Undemihi videtur, sicut par sententia in lege divina est constituta de homicida & de fure hominem vendente, sic & canonica auctoritate pari modo plectendum esse qui fratrem suum furando atque follicitando vendiderit, & ilum qui proximum suum, hoc est, Christiahum hominem, injuste peremerit.

De eadem re. Ex Lege Theodosiana lib. 1x.

CCCXLV. Hi qui filios alienos furto Interpret.lun. abstulerint, & ubicunque transduxerint, sive ad legem Fab.

REGINONIS LIB. II. 340 ingenuus five fervus fit, morte puniatur.

Ne Judæo Christianum mancipium habere liceat.

CCCXLVI. Convenit diligenter obsetvare ut nulli Judæo fervum Christianum ha bere liceat, nec ad suam legem transferreprafumat.

DE INCANTATORIBUS, MALEFICIS,

ET SORTILEGIS.

De his qui divinationes expetunt. Ex Concilio Ancyrano.

To

re

te

ab

ve

VO

Concil. Ancyr. c. 23. Halitgar. lib. 4. C. 25. divort, Lothar, in refrogat. 17. Burchard.lib. 10. C. 5.

CCCX LV II. Qui divinationes expetunt, & more gentilium subsequuntur, autin domos suas hujuscemodi homines introdu-Hincmar. de cunt, exquirendi aliquid arte malefica autes piandi causa, sub regula quinquennij jacean, pons. ad inter- lecundum gradus pænitentiæ definitos.

Ex Concilio Bracarensi.

Concil. Bracar. 2. c. 71. Hincmar. ibid. 10.c.6.

CCCXLVIII. Si quis, paganorum confuetudinem fequens, divinos & fortilegos domum suam introduxerit, quasi ut malum Burchard. lib. foras mittant, aut maleficia inveniant, qui que annos pœnitentiam agat.

Ex dictis Gregory Papa.

CCCXLIX. Si quis ariolos, aruspices, Concil. Rom. Burchard lib. vel incantatores observaverit, aut filacteris 10. C. 23. usus fuerit, anathema sit.

DE ECCLES. DISCIPLINIS.

Ex Concilio Carthaginensi.

bere

obler-

ım ha-

e præ-

ICIS,

ıt.

expeautin

trodil.

aut ex-

aceant

m coll-

egos III malum

, quin-

([pices

ecterns

vientem à conventu Ecclesia senarandum Si thag. 4. c. 89. vientem à conventu Ecclesiæ separandum. Si- Halitgar. lib. militer & Judaicis superstitionibus inhæren- 4. c. 27.
Hincmar. tem.

Burchard. 16. 10. C. 7.

De eadem re. Gregorius Papa.

CCCLI. Pervenit ad nos quod quosdam s. Gregor. lib. incantatores atque sortilegos fueris sectatus 9. epist. 47. cum omni sollicitudine. Et zelum tuum gra- 10. c.4. & atum nobis fuisse cognoscas. Studij enim tui sit pud Gratian. sollicité quærere, & quoscunque hujusmodi Christi inimicos inveneris, districta ultione corrige.

De eadem re. Ex Concilio Toletano.

CCCLII. Si quis Episcopus, Presbyter, Concil. Toler. Diaconus, vel quilibet ex ordine Clericorum, Burchard lib. magos, aruspices, aut ariolos, aut certe augu- 10. c. 48. tes, vel sortilegos, vel eos qui profitentur sortem aliquam, consulere fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ depositus, monastenj censuram excipiat, ibíque perpetua pænitentia scelus admissi sacrilegij luat.

De eadem re. Ex Lege Romana.

CCCLIII. Malefici, vel incantatores, Interpres 1. 3. vel immissores tempestatum, vel qui per in- dos de mavocationem dæmonum mentes hominum tur- Burchard lib, bant, omni pænarum genere puniantur.

10. c. 28.

De eadem re. Ex eadem.

CCCLIV. Quicunque pro curiositate eod, tit. Y 111

REGINONIS LIB. II. Burchard.lil. futurorum vel invocatorem dæmonum, vel divinos, quos ariolos appellant, vel arulpi-10. C. 30. cem, qui auguria colligit, consuluerit, capite puniatur. De eadem re. Ex Panitentiali. CCCLV. Quicunque nocturna sacrificia Burchard, lib. dæmonum celebraverint, vel incantationibus 10. C. 31. dæmones invocaverint, capite puniantur. CCCLVI. Qui auguriis vel divinationibus inserviunt, quinque annos pæniteant. Immisfores tempestatum septem annos ponteant. CCCLVII. Mulier, si divinationes vel Rhab. epift. ad Heribald. incantationes diabolicas fecerit, annum unum Burchard. lib. pæniteat, vel tres quadragesimas, vel quadraginta dies secundum qualitatem delich. 10.C. 24. Ex eodem. CCCLVIII. Auguria, vel sortes qua Burchard, lib. dicuntur false sanctorum, vel divinationes, 10, C. 9. qui eas observaverit, vel quarum cunque scripturarum, vel vota voverit vel persolverit ad arborem, vel ad lapidem, vel ad quamlibet rem excepto ad Ecclesiam, omnes excomminicentur. Si ad pœnitentiam venerint, Clend annos tres, laici unum & dimidium ponteant. De arboribus & fontibus & lapidibus dæmonibus consecratis. Ex Concilio Nannetensi. CCCLIX. Summo decertare studio de-Concil. Nan-Burchard. lib, bent Episcopi & eorum ministri ut arbores 10, C, 10.

fi

C

9

u

di

q

la

D

ti

re

di

ve al

fu

m

in

in

fu

ri

C

Fil

ha

tec

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 343 demonibus consecratæ, quas vulgus colit & in tanta veneratione habet ut nec ramum nec surculum inde audeat amputare, radicitus excindantur atque comburantur. Lapides quoque, quos in ruinosis locis & silvestribus dæmonum ludificationibus decepti venerantur, ubi & vota vovent & deferunt, funditus effodiantur atque in tali loco proiciantur ubi nunquam à cultoribus suis venerari possint. Et omnibus adnuntietur quantum scelus sitidolatria, & qui hæc veneratur, & colit, quasi Deum suum negat, & Christianitati abrenuntiat; & talem pænitentiam inde debet suscipete, quasi idola adorasset. Omnibusque interdicatur ut nullus votum faciat, aut candelam vel aliquod munus pro salute sua rogaturus alibi deferat nisi ad Ecclesiam Domino Deo luo. Scriptum est enim : Vovete & reddite Do mino Deo vestro. Novimus siquidem quanta Dominus antiquo populo per Prophetas suos interminatus est, qui in lucis sacrificabant, & in excelsis immolabant. Si quis hæc transgreslus fuerit, fidem perdidit, & est infideli deterior. Et idcirco omnimodo à fanctæ Ecclesiæ consortio abscidatur, & nisi digne pænituerit, non recipiatur.

De eadem re. Rabanus.

CCCLX. Nam de his qui dæmonibus Rhab epist. Immolant, Theodori Episcopi constitutiones ad Heribald. habemus, in quibus scriptum est: Qui immo-Burchard. lib. lant damoniis in minimis, annum unum pœniteant. Qui verò in magnis, decem annos pœni-

Y iiii

, vel

rulpi-

capite

rificia

nibus

latio-

teant.

pæni-

les vel

unum

qua-

cti.

s qua

iones,

[crip-

erit ad

nlibet

mmu-

Clerica pæn-

ous

io debores

Γ.

REGINONIS LIB. II. 344

Deeadem re. Ex eodem.

2

0

ti

S

d

q

te

de

ſp.

eji

ce

ut 110

pe

fal

tur 100

car effe

pha

geli

Rhaban, ibid. 16 . C. 14.

CCCLXI. Mulier fi qua filium fuum po-Burchard. lib. nit supra tectum aut in fornacem profanitate febris, leptem annos pæniteat. Qui arderetacit grana ubi mortuus est homo profanitate viventium & domus, quinque annos panteat.

> De menstruo sanguine. Rabanus ad Heribaldum.

Rhaban, ibid. 19. C. 152.

CCCLXII. De his etiam super quibu Burchard. lib. interrogasti, hoc est, de illa femina qua menstruum sanguinem suum immiscuit cibo vel potui, & dedit viro suo ut comederet, &de illa quæ semen viri sui in potu bibit, & deen quæ testam hominis combussit igni & vito suo dedit pro infirmitate vitanda, quali ponitentia sint plectendæ; ut nobis videtur, tali sententia feriendi sunt sicut magi & arioli, quia magicam artem exercuisse nolcuntur.

> De eadem re. Ex Concilio Anquirensi.

Rhaban, ibid. C. 15. Burchard. lib. 17. C. 29.

CCCLXIII. Mulier si cum muliere sornicata fuerit, annos tres pæniteat. Sic & illa quæ semen viri sui cibo miscens, ut inde plus ejus accipiat amorem, pœniteat.

Unde fupra.

Burchard. lib. 10. C. f.

CCCLXIV. Ut Episcopi Episcoporumque ministri omnibus viribus elaborate studeant ut perniciosam & à diabolo inven-

DE ECCLES. DISCIPLINIS. tam sortilegam & maleficam artem penitus ex parrœchiis suis eradant, & si aliquem virum aut feminam hujuscemodi sceleris sectatorem invenerint, turpiter dehonestatum de parrœchiis suis eiciant. Ait enim Apostolus: Hare- Tt. 30 ticum post unam & secundam admonitionem devita, sciens quia subversus est qui ejusmodi est. Subversi sunt, & à diabolo capti tenentur, qui, derelicto creatore suo, à diabolo suffragia quærunt. Et ideo à tali peste mundari debet fancta Ecclesia. Illud etiam non omittendum, Herardi Tuquod quædam sceleratæ mulieres retro post ron.c.3. Satanam conversæ, dæmonum illusionibus & phantasmatibus seducta, credunt se & profitentur nocturnis horis cum Diana paganorum dea & innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multa terrarum spatia intempestæ noctis silentio pertransire, ejusque justionibus velut dominæ obedire, & certis noctibus ad ejus servitium evocari. Sed utinam hæ solæ in persidia sua perissent, & non multos secum in infidelitatis interitum pertraxissent. Nam innumera multitudo, hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credit, & credendo à recta fide deviat; & in errorem paganorum revolvitur, cum aliquid divinitatis aut numinis extra unum Deum esse arbitratur. Quapropter sacerdotes per Ecclesias sibi commillas populo cum omni instantia prædicare debent ut noverint hæc omnimodis falsa elle, & non à divino sed à maligno spiritu talia phantasmata mentibus infidelium inrogari. Siquidem ipse Satanas, qui transfigurat se in angelum lucis, cum mentem cujuscunque mu-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

m po.

nitate ere fa-

mitate

pæn-

S

quibus

men-

, & de

deea

C VIIO

i pæ-

etur,

gi &

efor-& illa

e plus

opo-

orare

ven-

REGINONIS LIB. II. lierculæ ceperit, & hanc fibi per infidelitatem & incredulitatem subjugaverit, illico transformat se in diversarum personarum species atque similitudines, & mentem, quam captivam tenet, in somnis deludens, modo lata, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per devia quæquede ducit; & cum folus spiritus hoc patitur, infch delis mens hæc, non in animo, sed in corpore, evenire opinatur. Quis enim non in somnis & di nocturnis visionibus extra seipsum educiui, de & multa videt dormiendo quæ nunquam vido derat vigilando? Quis verò tam stultus & le fo. bes sit qui hæc omnia, quæ in solo spirin fei fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur, cum Ezechiel Propheta visiones Domini ful spiritu, non in corpore, viderit; & Johannos di Apostolus Apocalypsis sacramenta in spiritt, Ka non in corpore, vidit & audivit, sicutiple de CO cit: Statim fui in spiritu. Et Paulus non audet Apoc. 4. fe dicere raptum in corpore. Omnibus itaque publice adnuntiandum est quod qui talia & his similia credit, sidem perdidit, & qui sidem rectam in Deo non habet, hic non est ejus, led illius in quem credit, id est, diaboli. Namd Domino nostro scriptum est: Omnia peripsis Joa. 1. facta sunt. Quisquis ergo aliquid credit polle me fieri, aut aliquam creaturam in melius aut de ner terius immutari aut transformari in aliam spemo das ciem vel similitudinem, nisi ab ipso creatore, eft qui omnia fecit, & per quem omnia facta sun, ope, proculdubio infidelis est. jaci

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN DE ECCLES. DISCIPLINIS. 347

Ut Christiani traditiones gentilium non observent. Ex dictis Ambrosij.

tatem

pecies

capti-

læta,

cogni-

ue de-

rpore,

nnis &

ucitul,

am vi-

& he-

[piritt

tretui;

ini in

ianne

piritu, ple di-

audet

itaque

alia & ifidem

us, led

lam de

rip/um t pole

aut de-

m lpe-

eatore,

a luni,

CCCLXV. Apostolus dicit : Dies obser- S. Ambros in vatis & menses & tempora & annos. Timeo ne Galat. sine causa laboraverim in vobis. Dies observant Buchard. libs puta:qui dicunt, Crastino proficiscendum non est, post crastinum enim non debet aliquid inchoari. & sic solent magis decipi. Hi autem colunt menses qui cursum lunæ perscrutantur dicentes: Septima luna strumenta confici non vide August. debent. Nona iterum luna emptum servum epist. 119. & domum duci non oportet. Et per hæc faciliùs in Enchirid. solentadversa provenire. Tempora verò observant, cum dicunt: Hodie veris initium est. & ideo festivitas est. Post cras Vulcanalia lunt. Et rursum: Posterum est, domum egredi non licet. Annos sic colunt, cum dicunt: Kalendis Januariis novus est annus, quasi non cotidie anni impleantur. Hæc superstitio longe debet esse à servis Dei. [ Vide Hincmar. to. I. pag. 656.]

De eadem re. Ex Concilio Bracarensi.

CCCLXVI. Non licet Christianis tra- Concil. Braditionem gentilium observare, vel colere ele-Halitgar. lib. menta, aut lunam aut stellarum cursum & ina- 4. c. 26. hem fignorum fallaciam confiderare pro do- divortio Lomo facienda, vel segetes vel arbores plantan- thar. in resp. das, aut conjugia socianda. Scriptum enim Burchard. lib. est: Omnia quecunque facitis in verbo aut in 10.c. 13. opere, in nomine Domini nostri Jesu Christi facite, gratias agentes Deo.

c. 4. epift. ad.

REGINONIS LIB. II. 348

De collectione herbarum. Ex eodem.

Concil. Bra-Hincmar. Burchard. lib. 10. C. 20.

CCCLXVII. Nonlicet in collections car. 2. c. 74. herbarum medicinalium aliquas observation nes vel incantationes attendere, nili tantum cum symbolo divino & oratione dominica, 11 Deus & Dominus noster Jesus Christus honoretur.

De lanificiis feminarum. Ex eodem.

di

ut

N

da

ne

ad

Vis

an

7117

fol

rili

be

na

luf

ny

Сер

1107

9160 nec

fale

bef

Concil. Bra-10. C. 19.

CCCLXVIII. Non licet Christianas Halitgar.ibid. mulieres vanitatem in suis lanificiis observatt, fed Deum invocent adjutorem, qui eis sapien Burchard, lib. tiam texendi donavit.

De morticinis. Ex Pænitentiali.

CCCLXIX. Qui manducat carnemim-Burchard, lib. mundam, aut morticinum, aut dilaceratuma 19. c. 88. bestia, quadraginta dies poeniteat. Si quisne cessitate famis cogente manducavit, multo leviùs pœniteat.

CCCLXX. Qui fraudatum, raptum, vel furatum sciens manducat; si pauperell, septem dies; si potens, quadraginta dies poniteat. Infirmi verò, si sciunt, quindecim dies poeniteant.

Burchard. lib. 19. C. 106.

CCCLXXI. Qui comedit & bibit contaminatum à bestia domestica, idest, à cant vel cato, duos dies poeniteat.

De liquore. Ex eodem.

CCCLXXII. Si quis dederit alicui li quorem aliquem in quo mus vel mustela Burchard, lib. 19.C 106. mortui sunt, si laicus est, septem dies pant-

DE ECCLES. DISCIPLINIS. teat. Si autem in comobio sunt, ducentos psalmos cantent. Qui postea noverit quod tale potum bibit, unum psalterium cantet.

De sanguine.

m.

Ctions vatio-

intum

ica, III

us ho-

m.

(tianas

rvare;

apien-

mim-

tuma

is ne-

multo

prum,

er elt,

s pæ

decim

t con-

à cane

cui li-

ustela

pæni-

CCCLXXIII. Si quis sanguinem alicujus animalis manducaverit, quadraginta dies pæniteat.

Item ut nullus fanguinem comedat.

CCCLXXIV. Admonendi sunt sideles ut nullus præfumat sanguinem manducare. Nam in principio, quando homini licentia data est à Deo carnem manducandi, sanguinem interdictum legimus. Ait enim Dominus ad Noë & filios ejus: Omne quod movetur & Genes. 9. vivit, erit vobis in cibum, excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum & de manu hominis. Quod non lolum in lege veteri sæpissime inhibetur, vetilm etiam in novo testamento Apostoli primitivæ Ecclesiæ ex gentibus sub magna deliberatione scribunt ut abstineant se à contaminationibus fimulacrorum & fornicatione & suffocatis & sanguine, Quod exponens Hieronymus dicit : Iuxta litteram, inquit, bac pracepta conveniunt omni Christiano, ut morticinum non comedat, tam de avibus quam de pecoribus, quorum nequaquam sanguis effusus est. Quæ necessario observanda Apostolorum de Jeru- At. 15. lalem missa epistola monet. Et captum à bestia, quia & ipsum similiter suffocatum ell. Et sanguine, id est, non manducando

REGINONIS LIB. II. 350 cum sanguine. Si ergo de gentili vita venientibus pro ipsis fidei rudimentis & inveterata consuetudine gentilitatis hæc, quasi sibi ad salutem sufficerent, scripta sunt, quis transgresfor hæc parvipendat. Simul & hoc confiderandum, quod idolatriæ & fornicationi suffocatum & fanguis æquiparatur. Unde omnibus adnuntietur quantum piaculum sit sanguinem comedere, quod idolis & fornicationi comparatur. Si quis hæc dominica & apostolica pracepta violaverit, à communione ecclefiallica suspendatur, usque dignè pœniteat.

De discordantibus. Ex Concilio Carthaginensi.

no

CO

bal

cta

fur

Concil. Car-4. C. 31. Burchard. lib. 5.0.38.

CCCLXXV. Oblationes diffidentium thag. 4. c. 23. fratrum neque in facrario neque in gazophy. lacio recipiantur.

De eadem re. Ex Concilio Agathensi.

Conc. Agath. C. 32. 10. C. 61.

CCCLXX VI. Placuit etiam, ut, ficit Halitgar.ibid. plerunque sit, ut quicunque odio aut longinqua inter se lite discesserunt, & ad pacem re-Burchard, lib. vocari diuturna intentione nequiverunt, Ecclesiæ cœtu justissima excommunications pellantur. [Vide supra lib. 1. cap. 61.]

De eadem re. Ex distis Isidori.

Burchard. lib. 10. C. 57.

CCCLXXVII. Si quis discors & lin gans & per odium dissidens extiterit, quoulque ad concordiam redeat, à conventu & 10. cietate Ecclesiæ, ut canones jubent, alienus DE ECCLES. DISCIPLINIS. 35 I De eadem re.

ienti-

terata

ad la-

fgrel-

nlide-Suffo-

mibus

uinem

ompa-

a pra-

iaftica

entium ophy-

nsi.

c, ficul

ongin-

em re-

it, de

ations

& lin-

quoul-1800-

dienus

CCCLXX VIII. Si quis odio habens Burchard. lib. aliquem, ad pacem non revertitur, ficut fandipatres statuerunt, in pane & aqua excommunicetur, & ab Ecclesiaseparetur.

De eadem re. Ex Concilio Carthaginensi.

CCCLXXIX. Dissidentes Episcopos, si thag. 4.c. 25. nontimor Dei, synodus reconciliet.

Burchard. lib. I.C. 62.

De eadem re. Ex eodem.

CCCLXXX. Studendum est Episcopo concil. Carut dissidentes fratres, sive Clericos, sive lai- thag. 4. c. 26.
Burchard. lib. cos, ad pacem magis quam ad judicium hor- 1. c. 101.

De Dei judicio subvertendo.

CCCLXXXI. Si aliquis manducat & Burchard. lib. bibit aut portat super se unde existimat Dei 10,0,25. judicium pervertere posse, & exinde comprobatus fuerit, eadem sententia feriatur qua magi & arioli & incantatores feriuntur, scilicet leptem aut quinque annorum pœnitentia plectatur. [Vide lib. 3. Leg. Longob. tit. 27.]

De oblationibus defunctorum. Ex Concilio Vasensi.

CCCLXXXII. Hi qui oblationes de- Concil. Vas. functorum retinent, & Ecclessis tradere mo- c. 4. tantur, ut infideles ab Ecclesia eiciantur.

Ex eodem.

CCCLXXXIII. Si qui oblationes

aliorum fraudant, admonendi sunt ut reddant quod fraudulenter abstulerunt. Si verò reddere noluerint, usque quò reddant, sicut sancta synodus constituit, ab Ecclesiæ separentus consortio.

# Ex Concilio Agathensi.

C

116

pi

Pa

fo

bu

bu

OC

cis con

me ne adf

[ci]

qui

gre

cor

ten

Conc. Agath. c. 4.
Burchard. lib. 3, c. 140.

culares, qui oblationes parentum aut donats aut testamento relictas retinere prassumplerint, aut id quod ipsi donaverint, Ecclesis au monasteriis crediderint auferondum, velu necatores pauperum, quousque reddant, a Ecclesiis excludantur.

#### Ex eodem.

Conc. Agath.

CCCLXXXV. Si quis Clericus damnum Ecclesiæ voluntariè fecerit, de propris facultatibus reddat, & communione privetur.

### De mortuis.

CCCLXXXVI. Si quis super mortuum nocturnis horis carmina diabolica cantaverit &c. Require in primo libello, capacce ccclxxxIII.

# DECOMMUNIONE,

Ut præcipuæ festivitates in civitatibus celebrentur. Ex Concilio Agathensi.

Conc. Agath. CCCLXXXVII. Seculares vero qui c. 18.

Burchard lib. Natale Domini, Pascha, & Pentecostennon communicaverins, s. c. 23.

DE ECCLES. DISCIPLINIS. communicaverint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur. Require in primo libello, cap. cxc111.

ddant

edde-Cancta

rentui

rel fe-

onatas

mple-

fiis aut Velut

nt, ad

s dam-

ropriis

ie pil-

mor-

ca call-

, cap

s cele-

ro qui

ennon

verint,

De eadem re. Ex Concilio Aurelianensi.

CCCLXXXVIII. Ut nulli civium Concil. Aure-Paschæ, Natalis Domini, vel Pentecosten sollemnitates liceat in villa celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

Deeadem re. Ex Concilio Agathensi.

CCCLXXXIX. Ut cives qui Paschæ, Conc. Agath. Natalis Domini, vel Pentecosten festivitatibus Episcopis interesse neglexerint in civitatibus suis accipiendæ communionis vel benedidionis gratia, qui hoc neglexerint, triennio communione priventur.

De Decanis per parræchias mittendis. Ex Concilio Rotomagensi.

CCCXC. Ut populus admoneatur ut in dominicis & festis diebus omnes ad vesperas &nocturnas vigilias & ad Missam omnimodis occurrant. Et ut Decani in civitatibus & in vicis publicis viri veraces & Deum timentes constituantur, qui desides & neglegentes commoneant ut ad Dei servitium absque occasione properent. Et ut ipsi Decani sacramento adstringantur ut nulla interveniente causa, colicet aut amoris, aut timoris, aut propinquitatis, aut muneris, neglegentes & transgressores reticeant, quin sacerdotibus proprias corum culpas manifestent. Sacerdotum autem erit ita eorum vitia zelo & amore divino

Burchard. lib.

REGINONIS LIB. II. 354 cum debita disciplina corrigere sicutipsinolunt pro aliorum erratibus sententiam justz damnationis suscipere. Et ut dies festi à vespe. ra usque ad vesperam absque opere servil cum debito honore celebrentur.

De excommunicatis. Ex dictis Cassiani.

CCCXCI. Si quis autem pro culpalm fuerit ab oratione suspensus, nullus cum es orandi aut loquendi habeat licentiam ante quam reconcilietur. Nam qui se orationive confabulationi ejus, antequam à Prioreredpiatur, inconsiderata pietate sociare præsimp serit, similiter damnatus efficitur.

De eadem re. Isidorus ut Supra.

CCCXCII. Cum excommunicato no Regula S. Ifia Burchard. lib. que orare, neque loqui, neque vesci cuiquam II. C. 31. licet.

Unde suprà.

ex

hi

nic

ab

hi

qu

CCCXCIII. Si quis frater aut palam Burchard, lib. aut absconsè cum excommunicato fuerit lo 11. C. 32. cutus, communem statim cum eo excommu nicationis contrahit pænam.

> De eadem re. Ex dictis Fructuosi Episcopi.

Regula S. F.u. 11. C. 33.

CCCXCIV. Cum excommunicato Burchard. lib. lus loquatur, neque qualibet eum compassio ne vel miseratione refoveat, neque ad contradictionem vel superbiam confortare prasur mat.

DE ECCLES. DISCIPLINIS.

De eadem re. Ex regula sancti Benedicti.

ofino

n justa

vespefervill

ani.

ilpain

cum eo

n anteionivel

re rea-

esump.

ato ne

niquam

erit lo

ommu.

ato nul-

contra-

prælu

CCCXCV. Si quis fratri excommunica-Regula S. Beto quolibet modo se junxerit, aut mandatum
ei direxerit, similem sortiatur excommunicationis vindictam.

Item.

CCCXCVI. Is autem frater qui gravio\_Regula 5. Beris culpæ noxa tenetur, suspendatur à mensa ned. c. 25.
simul & ab oratorio. Nullus ei jungatur in
consortio, neque in consoquio.

Decadem re. Ex Concilio Antiocheno.

CCCXCVII. Cum excommunicatis Concil. Annon licere communicare; nec cum his qui per Burchard. lib.
domos conveniunt, devitantes orationes Eclic. 34.
clesia, simul orandum est. Si quilibet autem
ex clero deprehensus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam ille privetur communione.

De eadem re. Ex Concilio Apostolorum.

CCCXCVIII. Si quis cum excommu- Can. Apost. nicato saltim in domo oraverit, iste commu- Burchard. lib. nione privetur.

De eadem re. Ex Concilio Nicano.

CCCXCIX. De his qui communione Concil. Nic. privantur, seu ex clero, sive ex laico ordine, surchard. lib. ab Episcopis, sententia regularis obtineat, ut 11. c. 36. hi qui abiciuntur, ab aliis non recipiantur. Requiratur autem, ne pusillanimitate, aut con-

Z ij

REGINONIS LIB. II. tentione, vel alio vitio Episcopi videaturi communione feclusus.

De eadem re. Ex Concilio Antiocheno.

lu

du

&

tu

ga

pro

aut

der

fib

ter

nifi

IIS Ipai

non

que a n

mer

Vide IIS C

Concil, An-11. C. 37.

CCCC. Si quis à proprio Episcopo com Burchard. lib. munione privatus est, non ante suscipiatura aliis Episcopis quam suo reconcilietur Epis copo.

De eadem re. Ex Concilio Apostolorum.

Can. A post. C. 12.

CCCI. Si quis cum damnato Clerio, veluti cum Clerico, simul oraverit, iste damnetur.

> De damnatis à synodo. Ex Concilio Antiocheno.

Concil. An-1. C. 199.

CCCCII. Si quis Episcopus damnatus Burchard.lib. synodo, vel Presbyter aut Diaconus à su Episcopo, ausi fuerint aliquid de ministero contingere, nullo modo liceat eis, necinalis fynodo, restitutionis spem aut locum haber fatisfactionis.

> De excommunicato qui communicare presumpserit. Ex Concilio Carthaginens.

Lib. 5. Capi -Burchard. lib. I.C. 200.

CCCCIII. Item placuit universo Com Addit. 1 v. c. cilio ut qui excommunicatus fuerit prosuone. glectu, sive Episcopus, sive quilibet Clericus, & tempore excommunicationis suæ ante all dientiam communionem præsumpserit, ipsein se damnationis judicetur protulisse sententiam.

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 357 tur 1 Si Episcopus voluerit exterminare aliquem de Ecclesia. Ex Concilio Sardicensi. 10. CCCCIV. Si Episcopus exterminare vo. Concil. Sarluerit Clericum suum de Ecclesia, providencom tur ab dum est ne innocens damnetur. & ideo habeat Epilpotestatem ut Episcopos finitimos interpellet, & causa ejus audiatur, ac diligentius tractetur, quia non oportet negari audientiam rom. ganti. & Episcopus patienter accipiat ut aut erico, probetur sentia ejus, aut emendetur. dam-De depositis, si ausi fuerint attrectare ministerium sibi dudum commissium. In canonibus Apostolorum. atus a à fuo

CCCCV. Si quis Episcopus, Presbyter, Can. Apost. aut Diaconus, juste super certis criminibus depositus, ausus fuerit attrectare ministerium fibi dudum commissium, hic ab Ecclesia peninis abscidatur.

De Presbytero accusato. Ex Concilio Rotomagensi.

CCCCVI. Ut nullus Episcopus Presbyterum accusatum ab officio Missæ removeat, nisiad causam suam dicendam die statuta litteus evocatus minime occurrerit, idest, infra lpatium mensis. Et si post mensem secundum non occurrerit, tunc ab officio suspendatur, quousque pro se rationem reddat. Si enim laid non canonice excommunicantur nisi tertio merint vocati atque commoniti, indignum videtur ut sacerdotibus denegetur, qui majo-115 ordinis & dignitatis sunt, quod laicis regu-

Z 111

0

isteno

in alla habere

e prz-

Con uone-

ericus,

ite all-

ipsein

enten.

ſi.

REGINONIS LIB. II. la ecclefiastica indulgenter permittit. Pro tapto enim habetur facerdotem ab officioremovere pro quanto laicum à communione Ecclesiæ cessare. Nam unde laici excommunicantur, inde Presbyteri ab officio altaris submoventur. Require cap. cclxxxix.

di

CO

te

m

fer

inc

ca

læ

dig

8

Ipi

Ai

CO

in

er

Qualiter Episcopus excommunicare infideles debeat. Unde suprà.

Burchard. lib. 11. C. 2. ex Concilio Ro. tomag.

CCCCVII. Episcopus, cum excommunicare vel anathematizare aliquem infide lem pro certis & manifestis sceleribus dispoltum habet, post lectionem evangelij derum & plebem ita debet alloqui.

### ALLOCUTIO,

Burchard. lib. 11. c. 2. & atores centur. 10. cap. 6.

CCCCVIII. Noverit caritas velta, pud Centuria- fratres mei, quod quidam vir nomine diabolo suadente postponens Christianam promissionem quam in baptismo professis est, per apostasiam conversus post Satan, cu abrenuntiavit & omnibus operibus ejus, vineam Christi, id est, Ecclesiam ejus, devasta re & deprædare non pertimescit, paupers Christi, quos pretioso sanguine suo redemis, violenter opprimens & interficiens, & bons eorum diripiens. Unde quia filius hujus no stræ Ecclesiæ, cui Deo auctore præsidemus, debuerat esse, quia in ea per aquam & Spiritum fanctum renatus est, & inter adoptivos filios Deiadnumeratus, quamvis modo filius diaboli sit imitando diabolum, solliciti ne per neglegentiam pastoralem aliqua de ovibus no bis creditis deperiret, pro qua in tremendo ju-

DE ECCLES. DISCIPLINIS. dicio ante principem pastorum Dominum nostrum Jesum Christum rationem reddere compelleremur, juxta quod ipse terribiliter nobis comminatur dicens, Si non adnuntiave- Exech. ;. ris iniquo iniquitatem suam, sanguinem ejus de manu tua requiram, misimus ad euin Presbyterum nostrum & litteras commonitorias semel & iterum atque tertio, invitantes eum canonice ad emendationem & satisfactionem & pœnitentiam, corripientes eum paterno afsedu. Sed ipse, proh dolor, diabolo cor ejus indurante, monita salutaria sprevit, & in cœpta malitia perseverans, Ecclesiæ Dei, quam læsit, superbiæ spiritu inflatus, satisfacere dedignatur. De talibus itaque transgressoribus, & sanctæ religionis pacísque, quam Christus iple suis discipulis dedit atque reliquit, violatoribus, præcepta dominica & apostolica habemus, quibus informamur quid de hujuscemodi prævaricatoribus agere nos oporteat. Ait enim Dominus in evangelio : Si peccave- Matth. 18. nt in te frater tuus, corripe eum. Fratres, in unoquoque nostrum peccat qui in sanctam Ecclesiam peccat. Si enim sancta Ecclesia unum corpus est, cujus corporis caput Christus est, singuli autem sumus alter alterius membra, & cum patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, procul dubio innos peccat qui membra nostra lædit. Jubet ergo Dominus ut frater, id est, Christianus, in nos peccans, primo secrete corripiatur, deinde cum testibus redarguatur, novissimè in conventu Ecclesiæ publice conveniatur. Quod si has tres admonitiones & pias correp-Z 1111

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tan-

emo-Eccle-

nican-

ibmo-

infi-

KCOM+

nfide-

ispoli-

lerum

restra,

ne ille

ianam fellus

m,cm

is, VI-

valta

uperes

lemit,

bona is no-

emus,

Spiri-

ptivos

filius

neper

US 1104

dojus

REGINONIS LIB. II. 360 tiones contemnit, & satisfacere despicit, poli hæc sit tibi , inquit , sicut ethnicus , idel, Matth. 18. gentilis, atque paganus; ut non jam pro Christiano, sed pro pagano, habeatur, Etin alio loco membrum quod à fua compagere solvitur, & à jun Aura caritatis dissociatur, & omne corpus quod scandalizat, Dominus abscidi & proici jubet, dicens : Si oculus velm-Ilid. nus vel pes tuus scandalizat te, erue eum, 6 proice à te. Et Apostolus : Auferte, inqui, 1. Cor. 5. malum à vobis. Et item: Infidelis si discedit, 1. Cor. 7. discedat. Et in alio loco rapaces à regno Do excludit dicens: Neque rapaces regnum Di 1. Cor. 6. possidebunt. Etalibi: Si quis frater nominatu, I. Cor.5. & est fornicator, aut adulter, aut homicida, au rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere liut, Et Johannes dilectus præ ceteris Christidia. pulis talem nefarium hominem salutare prohibebat dicens: Nec ei ave dixeris, neque enm 2. Joa. in domum receperis. Qui enim ei ave dicit, com municat operibus ejue malignis. Dominica itaque atque apostolica præcepta adimplentes, membrum putridum & infanabile, quod medicinam non recipit, ferro excommunicatio-Decreta Siric. nis à corpore Ecclesiæ abscidamus, ne tampe-C. 7. stifero morbo reliqua membra corporis, veluti veneno, inficiantur. Excommunic ATIO. CCCCIX. Igitur quia monita nostra de Burchard.lib. crebras exhortationes contemnit, quia terrio 11. c. 3. & apud Cenuuriafecundum dominicum præceptum vocatus ad tores ibid. emendationem & pænitentiam venire delpexit, quia culpam fuam necdum cognovit nec

fi

fa

TU

&

Pici

in

an

tu

re

di

ne

qu

te.

mo

Ep

the

ha

ne

on

lit

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

DE ECCLES. DISCIPLINIS. confessus est, nec missa nobis legatione, qui causam ipsius exequimur, quia noster parrœchianus est, veniam postulavit, quia in cæpta malitia, diabolo cor ejus indurante, perseverat, &, juxta quod Apostolus dicit, secundum duritiam suam & cor impenitens thesaurizat sibi iram in die iræ, idcirco nos eum cum universis complicibus & communicatoribus fautoribusque suis judicio Dei omni potentis, Patris, Filij, & Spiritus sancti & beati Petri principis Apostolorum, & omnium sanctorum, necnon & nostræ mediocritatis auctoritate & potestate nobis divinitus collata ligandi & solvendi in cœlo & in terra, à pretiosi corporis & sanguinis Domini perceptione & à societate omnium Christianorum separamus, & à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ in cœlo & in terra excludimus, & excommunicatum & anathematizatum esse decernimus, & damnatum cum diabolo & angelis ejus & omnibus reprobis in igne æterno judicamus, nisi forte a diaboli laqueis resipiscat, & ad emendationem & pænitentiam redeat, & Ecclesiæ Dei, quam læsit, satisfaciat. Et respondeant omnes tertio: Amen. Aut: Fiat, Fiat. Aut: Anathema str. Debent autem duodecim sacerdotes Episcopum circumstare & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in conclusione anathematis vel excommunicationis proicere debent in terram & pedibus conculcare. Post hac Episcopus plebi ipsam excommunicationem communibus verbis debet explanare, ut omnes intellegant quam terribiliter damnatus ht, & ut noverint quod ab illa hora in reli-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

, post

id elt,

n pro

, Etin

gere-

ur, &

us ab-

el ma-

m, G

nqui,

feedit,

10 Dei

m Dis

natill,

ta, all

e licet.

difa-

prohi-

e eum

ca Ital

entes,

d me-

catio-

mpe-

S, VE

tra &

tert10

us ad

lespe-

it nec

REGINONIS LIB. II. quum non pro Christiano, sed pro pagano, hibendus sit, & qui illi quasi Christiano communicaverit, aut cum eo manducaverit aut biberit, aut eum osculatus fuerit, vel cumeo colloquium familiare habuerit, nisi forte ad sa tisfactionem & pœnitentiam eum provocare studuerit, aut in domo sua eum receperit, aut fimul cum eo oraverit, proculdubio fimiliter sit excommunicatus. Deinde epistolæ Prelbyteris per parræchiam mittantur, continentes modum excommunicationis, in quibus jubea tur ut dominicis diebus post lectionem evangelij plebibus fibi commissis publice adnuntient ipsam excommunicationem, ut nequis per ignorantiam communicet excommunicato. Oportet etiam ut aliis Episcopis ipsaercommunicatio manifestetur. Præcipit enim Concil. Toler. Toletanum Concilium ut invicem mox scripta percurrant per omnes provinciæ Episcopos, Vide fupra quoscunque adire potuerint, ut excommunicap. 189, hucatus audiatur. Seniori etiam ejus ipsa excommunicatio debet nota fieri.

0

h

ter

m

It c

Fil

ITEM ALIA EXCOMMUNICATIONIS ALLOCUTIO.

tores ibid.

I. C. II.

jus libri.

Burchard. lib. CCCCX. Audistis, dile &issimi, quanti pud Centuria. & quam horrenda pravitatis ac iniquitats opera ille à diabolo instigatus perpetrare non timuerit, & quomodo per apostasiam a totius Christianæ religionis cultu profana mente re cesserit. Audistis quemadmodum canonice ad fatisfaciendum evocatus fit, sed venire diltu lerit, quomodo frequenter admonitus ut relipisceret à laqueis diaboli, quibus teneturad.

DEECCLES, DISCIPLINIS. strictus, saluberrimas admonitiones obturatis auribus cordis audire contempserit. Dominus dicit in evangelio de tali contumaci fratre, qui ecclesiasticam renuit suscipere correptionem, Si Ecclesiam non audierit, sit tibi, inquit, si- Matth. 18. out ethnicus & publicanus; id est, jam non est computandus inter Christianos, sed inter paganos. Hinc Paulus, Domini & Magistri doctrinam sequens, Corinthios redarguit quare cum criminosis ac sceleratis communionem haberent, dicens: Vos inflati estis, & non ma- 1. Cor.s. gis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum; id est, separetur à vestro consortio qui tale scelus operatus est. Et adjungit : Ego quidem absens corpore, prasens autem spiritu, jam judicavi ut prasens eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini mei Iesutradere hujusmodi Satana in interitum carnis. Et post pauca: Scripsi vobis ne commisceamini fornicariis. Et statim infert: Si quis frater appellatur, id est, Christianus, & fornicatorest autrapax, cum hujusmodi nec cibum sumere. Et alibi: Auferte malum ex vobis. Et: 1. Cor. 7. Insidelis, si discedit, discedat. Una enim ovis 1. Cor. s. morbida omnem gregem contaminat, & modicum fermentum totam massam corrumpit, &plerumque unum membrum putridum totum corpus inficit. Et ideo tam perniciosa peltis à corpore Ecclesse radicitus evellatur.

Excommunicatio.

CCCCXI. Dominicis igitur atque apo-Burchard. lib. stolicis informati præceptis, judicio Patris, & pud Centuria. Filij ejus Domini nostri Jesu Christi, & Spi-tores ibid.

o,ha-

com-

it aut

ım eo

adla

ocare

, aut

elby-

entes

ubea-

evan-

Inun-

e quis

ınıca-

sa ex-

enim

cripta

copos,

muni-

x com-

NIS

juanta

uitatis

e non

totills

te re-

distu-

ur ad.

REGINONIS LIB. II. ritus fancti, auctoritate & potestate Apostolis Apostolorumque successoribus à Deo concelsa, una vobiscum prædictum pessimum virum à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ excludimus & ab omni societate & communione Christiana separamus, separatumque elle in æternum decernimus, idest, in præsentisenlo & in futuro. Nullus Christianus ei avedcat, aut eum osculari præsumat. Nullus Prelbyter cum eo Missam celebrare audeat velsacrofan&um corpus & fanguinem Domini tradere. Nemo ei jungatur in consortio, neque in aliquo negotio. Et si quis ei se sociaverit, & communicaverit ejus operibus malignis, noverit se simili percussim anathemate; his exceptis qui ob hanc causam ei junguntur ut eum revocent ab errore, & provocent ad satisfactionem; nisi fortè resipuerit, & Deigratia inspirante ad pænitentiæ remedium conversus fuerit, & digna emendatione Ecclesia Dei, quam læsit, humiliter satisfecerit.

d

m

na

m

fa

Te

CI

no

IU

tè

ni

ru

di

m

D

ITEM ALIA TERRIBILIOR EXCOMMUNICATIO.

Burchard. lib. pud Centuria. toresibid.

CCCCXII. Canonica instituta & fan-11. c. 6. & a- ctorum patrum exempla sequentes, Ecclesia rum Dei violatores, videlicet raptores, de prædatores, & homicidas illos in nomine Patris & Filij & in virtute Spiritus sancti, nec non auctoritate Episcopis per Petrum principem Apostolorum divinitus collata, à sanda matris Ecclesiæ gremio segregamus ac perpetuæ maledictionis anathemate condemnamus. Sintque maledicti in civitate, maledicti in agro, maledictum horreum eorum, & male.

DE ECCLES. DISCIPLINIS. dicta reliquia illorum, maledictus fructus ventris eorum, & fructus terræ illorum. Maledicti sint ingredientes, & maledicti sint egredientes; síntque in domo maledicti, in agro profugi ; veniántque super eos omnes illæ maledictiones quas Dominus per Moysen in populum divinæ legis prævaricatorem se esse missurum intentavit; sintque anathema maranatha, id est, pereant in secundo adventu Domini. Nullus eis Christianus ave dicat. Nullus Presbyter Missam celebrare præsumat, vel sanctam communion em dare. Sepultura asini sepeliantur, & in sterquilinium sint super faciem terræ. Et sicut hæ lucernæ de manibus nostris projectæ hodie extinguuntur, sic eorum lucerna in æternum extinguatur; nisi fortè resipuerint, & Ecclesiæ Dei, quam læserunt, per emendationem & condignam pænitentiam fatisfecerint.

oftolis

oncel-

virum

cludi-

nione

effe in

i fecu-

wed-

Prel-

rel fa-

11 tra-

nequê

rit, &

, 110-

115 ex-

tur ut

ad fa-

ei gra-

conclefix

OR

t fan-

clefia-

, de

e Pa-, nec

rinci-

ında

erpe-

mus,

ai in nale. EXCOMMUNICATIO BREVIS.

CCCCXIII. Canonica instituta & san- Burchard lib. thorum patrum exempla sequentes, Ecclesia- pud Centuriarum Dei violatores illos auctoritate Dei & ju - tores ibid. dicio sancti Spiritus à gremio sanctæ matris Ecclesia & consortio totius Christianitatis eliminamus, quousque resipiscant, & Ecclesiæ Dei satisfaciant.

Qualiter Episcopus reconciliet vel recipiat excommunicatum.

CCCCXIV. Cum aliquis excommuni- Burchard. lib. catus vel anathematizatus, pœnitentia ductus, 11. c. 8. veniam postulat, & emendationem promittit,

REGINONIS LIB. II. 366 Episcopus qui eum excommunicavit, ante ja nuas Ecclesiæ venire debet, & duodecim Prel byteri cum eo, qui eum hinc inde circumstare debent. ubi etiam adesse debentilli quibusinjuria vel damnum illatum est. & ibi secundum leges divinas & humanas oportet damnum commissim emendari, aut, si jam emendatum est, eorum testimonio comprobari. Deinde interroget Episcopus si pænitentiam, juxu quod canones præcipiunt, pro perpetratiske. leribus suscipere velit. Et si ille terræ prostra. tus veniam postulat, culpam confitetur, ponitentiam implorat, de futuris cautelam spondet, tunc Episcopus, apprehensa manu ejus dextera, eum in Ecclesiam introducat, & communionem & societatem Christianam reddat. Post hæc secundum modum culpz pænitentiam ei injungat, & litteras per patrochiam dirigat, ut omnes noverint euminlocietate Christiana receptum. Aliis etiam Epilcopis hoc notum faciat. Nullus autem Epilo pus alterius parræchianum excommunicate vel reconciliare præsumat sine conscientia vel consensu proprij Episcopi.

id

X(

n

at

fi

le

Pe

De eo qui patrem vel matrem inhonorat.

Ex Concilio Rotomagensi.

percutit, aut maledicit, quia capitalia crimina commissit, publicam inde pœnitentiam agai, sicuti de gravioribus peccatis. Ait enim Dominus: Qui maledixerit patri vel matri, mort moriatur. Quem enim Dominus dignum morte judicat, proculdubio pro homicida tenetus,

Exod. 11.

DEECCLES. DISCIPLINIS. 367 & sicut homicida debet pænitere.

rela Prela

nstare

ous ma

ndùm

nnum

datum

)einde

juxta

is sce-

oftra-

, po

fpon-

u ejus

ianam

culpz

arro-

in lo-

pisco-

nicare

ia vel

orat.

atrem

imma agat,

n Do-

morts

mor-

netur,

De bubulcis & porcariis, ut ad Missam veniant saltem in dominicis diebus.

Vnde suprà.

CCCCXVI. Admonere debent facer- Burchard. lib. dotes plebes sibi subditas ut bubulcos atque 2. C. 71. porcarios vel alios pastores vel aratores, qui in agris assiduè commorantur vel in silvis, & ideo more pecudum vivunt, in dominicis & in aliis festis diebus saltim ad Missam faciant vel permittant venire. Nam & hos Christus pretioso sanguine suo redemit. Quòd si neglexerint, pro animabus eorum absque dubio rationem se reddituros sciant. Siquidem Dominus veniens in hunc mundum, non elegit oratores atque nobiliores quosque, sed piscatores atqueidiotas fibi discipulos adscivit; ut ostenderetin facto quod ipse verbo in evangelio adfirmat dicens: Quod hominibus altum est, abominabile est apud Deum. Et salva altiore intellegentia, nativitas nostri redemproris primo omnium pastoribus ab angelo nuntiatur.

Deconfessione, de pœnitentia, de decimis, & de ebrierate, & de vomitu post eucharistiam, in primo libello suprà expositum est.

De pauperibus, qualiter alantur.

Ex Concilio Turonensi.

Peres & egenos alimentis congruentibus pas- ron. 2, c. 5. catsecundum vires, & tam vicini Presbyteri

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

quam cives unusquisque suum pauperem nutriat. quo siat ut ipsi pauperes per alias civitates non vagentur.

De eadem re. Ex Capitularium lib. 1. cap. CXVIII.

Lib. 1. Capitular. c. 124.

patrias discurrunt, volumus ut unusquisque fidelium nostrorum suum pauperem de beneficio aut de propria familia nutriat, & non permittat alicubi ire mendicando. Et ubi talesinventi fuerint qui laborare manibus possum un faciunt, nullus eis quicquam tribuet præsumat.

De eo qui bannum Episcopi vel Presbyten parvipendit. Vnde suprà.

communicationem Episcopi vel Presbyterism superbiendo parvipenderit, hictalis ab Ecclesia penitus evellatur. Ait enim Dominus ad Moysen: Anima qua superbiendo mandatum Domini transgressa fuerit, peribit de populs succeptato. Hinc Dominus in evangelio: Qui vus spernit, me spernit. Et Moyses contumacibus dicit: Non contra me est murmur vestrum, su contra Dominum. Et Dathan & Abiron vin absorpti sunt, quia insurrexerunt adversis eundem Moysen, & ejus mandatum spreverunt. Et ideo tale scelus gravissimè vindican dum est.

Num. 15.

Luc. 10.

Exod. 16.

5 + 5

De

te

n

C

fe

fu

li

DEECCLES. DISCIPLINIS.

De Presbytero qui fuerit degradatus. Ex Concilio Toletano XII. cap. VI.

m nu-

ivita-

m per nilqua

eneh.

n perlesin-

funt &

ibuere

yten

velexteri lui

Eccle-

nus ad adatum

popula

jui on

nacibus

m, fed

on vivi versils

preve-

dican-

De

CCCCXX. Si quis Presbyter ab Episco- Concil. Vernpo suo fuerit degradatus, aut ab officio pro Lib. 5., Capicertis criminibus suspensus, & ipse per con-rular. c. 42.

Burchard. lib. temptum & superbiam aliquid de ministerio 2. c. 179. sibi interdicto agere præsumpserit, & postea ab Episcopo suo correptus in cæpta præsiumptione perduraverit, hic omnimodis excommunicetur & ab Ecclesia expellatur. Et qui cunque cum eo communicaverit scienter, similiter se sciat esse excommunicatum. Similiter de Clericis, laicis, vel feminis excommunicatis observandum est. Quod si aliquis ista omnia contempserit, & Episcopus emendare minime potuerit, Regis judicio exilio damnetur.

Ut nullus hospitium deneget iteranti. Ex Concilio ad palatium Vernis.

CCCCXXI. Placuit nobis & nostris fidelibus ut Presbyteri suos parræchianos admoneant ut & ipsi hospitales, ut nulli iter facientimansionem denegent, & ut omnis occasio rapinæ tollatur, nihil carius vendant tranleuntibus nisi quanto in mercato vendere poslunt. Quod si cariùs vendere voluerint, ad Presbyterum transeuntes hoc referant, &illus jussum humanitate eis vendant.

De eo qui Presbyterum inhonorat. Vnde supra.

CCCCXXII. Si quis Presbyterum pro- 2.0.219. Burchard. lib.

REGINONIS LIB. II. prium inhonorat, aut verbo aut facto contilmeliam facit, tamdiu à liminibus Ecclesizatceatur quousque per condignam pœnitentiam satisfaciat. Ait enim Apostolus: Presbyteriqui 1. Tim.5 . prasunt, duplici honore digni habeantur. Item alibi dicit: Obedite prapositis vestris, & Subje-Hebr. 13. Eti eis estote. & cetera. Si quis contradicit Episcopo ne servi propter crimina virgis cædantur. Ex Concilio ad Sanctum Medardum. CCCCXXIII. Ut Miffi nostri omni-Concil. Sucfbus per singulas parræchias denuntient qui fion. 2. Act. 8. C. 9. si Episcopus aut ministri Episcoporum procuminibus colonos flagellaverint cum virgis, propter metum aliorum, ut ipsi criminosicosrigantur, cum tali discretione, sine ulla occasione indebita, sicut in synodo collocutumes, ut vel inviti pænitentiam agant, ne æternali. ter pereant. Si seniores ipsorum colonomin indigne tulerint, & aliquam vindictam exilde exercere voluerint, aut eosdem colonos, ne distringantur, contendere præsumpserint, sciant quia & bannum nostrum componant, & simul cum excommunicatione ecclesiastica nostram harmiscaram durissimam sustine bunt. De advenis. Ex Concilio Karoli & Lothary ad Valentianas, cap. X. CCCCXXIV. De advenis qui opprel-Capitula Karoli Calvi tit. fione Nortmannorum vel Britannorum in partes istorum regnorum confugerunt, statue 12.C P. runt seniores nostri ut à nullo reipublica mb

no

qu

mi

tur

Ta

ma

eft

illi

ger

cer

Du

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 371 histro quamcunque violentiam vel oppressionem aut exactionem patiantur; sed liceat eis conductum suum quærere, donec pace reddita autipsi redeant ad loca sua, aut seniores illorum eos recipiant. Nullus autem eos inservire præsumat, eò quòd loco mercenarij apud aliquem manserint, nec censum aut tributum exigere. Quòd si inventus suerit ex reipublicæ ministris aut alius quilibet contra hoc pietatis præceptum facere aut secisse, bannum no-strum exinde componat.

ontu-

iæ ar-

ntiam

eri qui

Item

Subje-

opter

omni-

: qui

O CII-

11rg15,

li coi-

OCCan

melt,

rnali-

orum

exin-

os, ne

erint,

mant,

iastica .

ftine.

bary

prel-

m m

atue

e mi-

10

Unde suprà.

CCCCXXV. Pervenit ad aures facer dotum quòd profugi, qui paganorum manus omnibus bonis amissis vix evaserunt, in regionibus nostris à quibusdam injusté opprimantur, & in servitutem redigantur contra divinas humanásque leges, cum Dominus per Prophetam dicat : Advena ne feceritis calumniam Hierem. 3 in loco hoc, & habitabo vobiscum. Et iterum: Advenam non contristabis. & multa his similia. Exod. 22. Tales igitur severiter corripiendi sunt, & de mambus eorum advenæ eruendi, juxta quod criptumest: Eripiens inopem de manu fortioris Psal. 34. que oc. Nam advenæ apud fratres suos, id elt, Christianos, mercenarij debent esse, non lervi. Si autem in servitutem redigantur, quid Mis profuit paganorum manus effugisse, cum Captivitatis jugum & duræ servitutis non effugerint: Et ideo contra hanc crudelitatem sacerdotum debet pietas decertare, ne pro tam Immani malitia ira divina populum Christiaham confumat.

Aa ij

# 372 REGINONIS LIB. II.

Ut justa mensura sint. Ex Capitulare ad Pistas.

Capitula Karoli Calvi tit. 31. c. 20.

CCCCXXVI. Ut Comites & omnes reipublicæ ministri seu ceteri fideles nostri provideant quatinus justus modius, & aquis fextarius, secundum sacram scripturam & Capitula prædecessorum nostrorum, in civitatbus & in vicis vel in villis ad vendendum & einendum fiat, & mensuram secundum antquam consuetudinem de palatio nostroaccipiant. Et si cui reputatum fuerit mensuram adulterasse, si liber homo est, aut sacramento fecundum suam legem se expurget; autsichpabilis invenitur, bannum nostrum persolvat, & à ministris reipublicæ tollatur quod cum injusta mensura vendere voluit. Si autemolono aut servo hoc reputatum fuerit, judicio Dei se inde examinet; & si convictus fuent, perdat rem, id est, hoc unde mensuram adulteratus est, insuper & nudo corio virgis cadatur. Et sive servus, sive liber, post legalem emendationem episcopale judicium suscipiat, quia contra interdictum Dei fecit. Aitenim Equus tibi sit modius, & sextarius aquu. E alibi : Mensuram & mensuram odit Dominul Et item: Qui pecuniam suam non dedit adus ram. Quod peccatum inter illa capitalia pet cata computatur de quibus Apostolus did quod qui ea fecerit, cum hujusmodi nec abum sumere Christiano licet. Similiter per de vitates & vicos atque mercata ministri reipili blicæ provideant ne illi qui panem & carnen per deneradas & vinum per sextarios vendunts

I evit. 19.
Prov. 20.
Pfal. 14.

1. Cor. 5.

DE ECCLES. DISCIPLINIS. mensuram adulterare possint; sed quantos mensurabiles panes de justo mo dio in unaquaque civitate Epilcopi vel Abbates à suis piftonbus recipiunt, tantos mensura biles panes de eodem modio à pistoribus qui panem vendunt heri faciant. Quòd si inventi fuerint mensuram adulterare vel minuere, & damnum lultineant, & virgis cædantur. Homines etiam quibus hoc commissium est ut provideant ne mensuræ minorentur. Si de perjurio quod juraverunt quod hoc confentire non debuissent suerint convicti, secundum legem puniantur, aut perdant manum, aut redimant, aut grave damnum sustineant, & postea ab Episcopo de perjurio publicam pænitentiam accipiant.

178

omnes

noitn

æquus

& Ca-

vitati

um &

n anti-

o acci-

1furam

mento

t ficul-

Solvat, rd cum

em co-

judicio

fuerit,

n adul-

s cæda-

egalem

scipiat,

t enim um. Et

ominus.

ad 11/18

ia pec-

as dicit

nec ci-

per ci-

reipu-

carnem endunt, De eadem re. Ex Capitularium lib. 111. cap. x c.

CCCCXXVII. Ut æquales mensuras Lib. 1. Capi-& pondera æqualia omnes habeant sive in tular.c. 74. civitatibus five in monasteriis ad dandum invicem, sive accipiendum, sicut in lege Domini præceptum habemus. [Vide Burchard. lib. 19. 6. 148. ]

De conspirationibus. Ex Concilio. Chalcedonensi.

CCCCXXVIII. Conjurationis vel Concil. Chal conspirationis crimen etiam ab exteris legibus elt omnino prohibitum. Multo magis hoc in Dei Ecclesia ne siat admonere convenit. Si qui ergo Clerici vel monachi reperti fuerint conjutantes, aut conspirantes, aut insidias po-

Aa III

REGINONIS LIB. II. Burchard, lib. nentes Episcopis aut Clericis, gradu propilo penitus abscidentur.

> De eadem re. Ex Capitularium - lib. I. titulo XXVIII.

CCCCXXIX. Nec Clerici nec mona-Lib. 1. Çapichi conspirationem vel infidias contra pafto tular. c. 19. rem fuum faciant.

De eadem re. Ex Concilio ad Pistas.

Capitula Ka-276.

CCCCXXX. Nos quoque Epilcopian roli Calvi tit. Etoritate Dei & facrorum canonum, ficutian-29. c. 4. pag. Cti Pontifices DCXXX. Chalcedonenis Concilij conspirationem fieri prohibuerum, & sicut cetera Episcoporum Concilia hujulmodi perniciosa facta vetuerunt, & nos prohibemus. quia facientes illa per eorum judicium, qui cum Deo jam in cœlo regnant, & à cœlesti Ecclesia & Christianorum societate separatisunt, nisi per dignos pænitentiæstu. ctus ad hoc redeant ut sanctæ Ecclesia polfint readunari.

> De eadem re. Ex Capitularium lib. 111. cap. 1X.

Lib 3. Capitelar. c 9. Lib. t. Leg. Longob tir. 17. C. 11.

CCCCXXXI. Conspirationes vero quicunque facere præsumpserint, & sacramento quamcunque conspirationem firmaverint, triplici ratione judicentur. Primo, ut ubicunque aliquod malum per hoc perpetratum fuit, auctores facti interficiantur. Adjutores verò illorum finguli alter abaltero flagellentur, & nares sibi invicem præcidant. Ubi verò nihil mali perpetratum est, similiter

DE ECCLES. DISCIPLINIS. quidem inter se flagellentur, & capillos sibi vicissim detondeant. Si verò per dextras con-Ipiratio facta fuerit, fi liberi funt, aut jurent cum idoneis juratoribus; aut si hoc facere non pollunt, fuam legem componant. Si verò fervilunt, flagellentur.

De confratriis vel confortiis. Ex Concilio Nannetensi.

monapatto

6.

pi au-

ut lannenlis

eruni, hujul-

s projudia

nt, &

cietate

æfru-

æ pol-

vero

acra-

nave-

o, ul

etra-Adju-

offa-

dant. illiter

CCCCXXXII. De collectis vel con- Concil. Nanfratriis, quas confortia vocant, sicut verbo Hincman Camonuimus, & nunc scriptis expresse præcipi- pitulatit. 1. mus, ut tantum fiat quantum rectum ad auctoritatem & utilitatem atque ad lalutem anima pertinet. Ultrà autem nemo neque lacerdos neque fidelis quisquam in parræchia no-Itra progredi audeat, id est, ut in omni obsequio religionis, videlicet in oblatione, in luminaribus, in orationibus mutuis, in exequiis defunctorum, in eleemofynis & ceteris pietatis officiis. Pastos autem & comellationes quas divina auctoritas vetat, ubi & gravedines & indebitæ exactiones & turpes ac inanes lætitiæ & rixæ sæpe etiam, sicut experti sumus, usque ad homicidia & odia & dissensiones accidere solent, adeo penitus interdicimus ut qui contra hoc decretum agere præsumpserit, si Presbyter fuerit, vel quilibet Clericus, gradu privetur; si laicus est aut femina, ab Ecclesia usque ad satisfactionem separetur. Conventus autem talium confratrum, si necesse fuerit ut simul conveniant, aut fortè aliquis contra parem suum discordiam habue-Aa mi

376 REGINONIS LIB. II. rit, quem reconciliari necesse sit, & sine conventu Presbyterorum & ceterorum elle non possit, post peracta illa quæ Dei sunt & Christianæ religioni conveniunt, & post debitas admonitiones, si contigerit ut veræ caritatis & fraternæ invicem consolationis omnes at refectionem conveniant, sic talia sieri permit. timus, ut servata modestia & temperantial sobrietate pacisque concordia, sicut decetsta tres, omnia in ædificationem fraternitatis& laudem & gloriam Dei & gratiarum actions fiant. Et hoc omnino caveatur quod Salvatot ait: Videte ne graventur corda vestra in crapula Luc. 21. & ebrietate. Qui voluerint, eulogias à Prebytero accipiant; & panem tantum frangentes, singuli singulos biberes accipiant, &mhil amplits contingere præfumant. Et le unusquisque ad sua cum benedictione Domini redeat. Ut si Presbyter defunctus fuerit, vicinus Presbyter apud seniorem secularem nequaquam Ec clesiam obtineat. Ex codem. CCCCXXXIII. Ut si quilibet Prel-Concil. Nan byterorum defunctus fuerit, vicinus Presbyter net. C. 16. Hincmari Caapud secularem seniorem nulla precatione vel pitula tit. 2. aliquo xenio Ecclesiam illam obtineat, quià ¢. 17. Burchard, lib. titulus per se constans antea extitit, sed neque 3. C. 229. Capellam, fine consultu Episcopi. Quod site cerit, definitam sententiam sibi prolatam sulcipiat, sicuti de Episcopo canonica decrevit auctoritas, ut qui per ambitionem majorem Decreta Leon. I.c. 38. civitatem appetierit, & illam perdat quamte. De eccles. Disciplinis. 377 nuit, & illam nequaquam obtineat quam usurpare tentavit.

e con-

le non

Chri-

lebitas

nes ad

ermitntia&

cet fra-

tatis &

lyator

rapula

a Prel-

& ni-

Et sic

ricinus

m ne-

eodem.

Prel-

**S**byter

ne vel

neque d si fe-

m ful-

crevit

jorem am teDe liquore in quo mus ceciderit.

Ex Pænitentiali.

CCCXXXIV. Mus si cecideritin liquorem, tollatur inde, & aspergatur aqua benedicta, & sumatur. Si verò mortua fuerit inventa, abiciatur totus ille liquor. Quòd si multum est de liquore, purgetur ille liquor, & aspergatur aqua sancta, & sumatur, si necesse est. Si in farina aut in lacte coagulato aut in melle mus mortua invenitur, quod in circuitu ejus est foras proiciatur, reliquum sumatur.

Si quis sepulcrum violaverit & cetera, Vt suprà.

CCCCXXXV. Si quis sepulcrum violaverit, septem annos poniteat, tres in pane & aqua.

Si quis ligaturas fecerit, quod detestabile est, tres annos pæniteat, unum ex his in pane & aqua.

Si quis manducaverit morticinum aut idolis immolatum, jejunet hebdomadas duodecim.

Si quis quodlibet membrum sibi voluntariè truncaverit, tres annos pæniteat, unum ex his in pane & aqua.

Si quis usuras undecunque exegerit, simi-

Si quis per violentiam aut quolibet ingenio malo ordine res alienas invaserit aut tulerit, si-militer pœniteat.

378 REGINONIS LIB. II.
Si quis aliquem hominem malo ordine vendiderit, similiter pæniteat.

Si quis aream aut domum alterius volumriè igne cremaverit, similiter pœniteat.

Si quis per iram aliquem percusserit, & suinem fuderit, aut debilem fecerit, quadu ginta dies pæniteat in pane & aqua.

Si aliquis excommunicatus mortuus fuent.
Vt suprà.

Halitgar, lib.
6. c. 10.
Burchard, lib.
11. c. 51,

CCCXXXVI. Si aliquis excomminicatus fuerit mortuus, qui jam sit confessiones and sacerdotem, sed prae occupavit eum mors in domo aut in via, si ciant pro eo parentes ejus oblationem adaltare, & dent redemptionem pro captivis.

De eo qui furatus fuerit per necessitatem.

Burchard, lib.

CCCCXXXVII. Si quis per necellitatem furatus fuerit cibaria vel vestem vel pecus per famem aut per nuditatem, pœnitem hebdomadas quatuor. Si reddiderit, non congatur jejunare.

De redemptionis pretio.

facilius est illi dare solidos viginti quam pau-

potuerit jejunare, & habuerit unde possit redimere, si dives suerit, pro septem hebdomadis det solidos viginti. Si non habuerit tantum unde dare possit, det solidos decem. Si autem multum pauper suerit, det solidos tres. Neminem verò conturbet quia jussimus dare solidos viginti aut minus: quia, si dives sueri,

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 379 peri solidos tres. Sed adtendat unusquisque cui dare debeat, sive pro redemptione captivorum, sive supra sanctum altare, sive Dei servis, seu pauperibus in eleemosyna.

e yen-

olunta-

& fan-

uadra-

fuerit.

ommi-

rfellus,

ed pra-

ria, ta-

ad alm.

tem.

recell.

vel pe-

eniteat

tè 11011

Mit 18

doma.

rantum

s. Ne-

fuerit, n pauQuid pro uno mense agendum sit. Vnde suprà.

CCCCXXXIX. Pro uno mense quod Burchard libe in pane & in aqua pœnitere debet aliquis, psalmos decantet mille CC. genu slexo; & si non genu slexo, mille DCLXXX. Et omnidie, si vult, & abstinere non potest, residiated sextam; nisi feria quarta & sexta jejunet usque ad Nonam. carnem & vinum non sumat. Reliqua percipiat.

Quid pro una hebdomada.
Vt suprà.

CCCXL. Pro una hebdomada psalmos Burchard. list CCC. genua flectendo decantet, aut in uno 19, c. 18. loco per ordinem psallat.

Quid pro uno anno.

CCCCXLI. Qui verò psalmos non no- Burchard. lib. vit, & jejunare non potest, pro uno anno quod jejunare debet in pane & aqua, det in eleemos yna viginti sex solidos, & in unaquaque hebdomada diem unum jejunet usque ad Nonam, id est, feriam quartam, & alium, id est, feriam sextam, usque ad vesperam. Et in tres quadragesimas quantum sumit penset, & medietatem tribuat in eleemos yna.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

\$80 REGINONIS LIB. II.

Item de pretio unius anni.

CCCCXLII. Primo anno quidam permiserunt triduanas quatuor, alij duodecim uiduanas, id est, semel in mense uno. Quidam dixerunt triduanas agere in verberibus & vigiliis insistendo triduum.

De redemptione unius diei.

diei id est agapen duorum vel trium pauperum, sive unum denarium. Alij totum psalterium in æstate, in hyeme verò & in vernove in autumno psalmos quinquaginta. Quidam judicaverunt duodecim plagas vel percussones.

Item de redemptione unius diei.

Pænitentiale scriptum est implere potuerit, agat Deo gratias. Qui autem non potueritad-implere, consilium damus per misericordiam Dei. Inprimis pro uno die in pane & aqua quinquaginta psalmos cantet genu slexo, au stando in uno loco septuaginta decantet, au unum denarium det, aut tres pauperes pasca. Quidam dicunt quinquaginta percussiones vel quinquaginta psalmos pro uno die in autumno, hyeme vel verno centum percussiones vel psalmos quinquaginta, in æstate psalterium unum vel percussiones centum.

Item de redemptione trium annorum.

Burchard. lib. CCCCXLV. Qui non potest sic agert

DE ECCLES. DISCIPLINIS. pœnitentiam ut superius diximus, in primo anno eroget in eleemofyna folidos viginti fex, in secundo viginti, in tertio octodecim, hoc est, solidos sexaginta quatuor. Potentes homines faciant pro culpis suis quod Zachæus fecit. Ait enim ad Dominum: Domine, omnium bonorum meorum dimidium do pauperibus; 🕏 sialiquid injustè abstuli , in quadruplum restino. Et de mancipiis suis aliquos dimittant liberos, & captivos redimant, & in se peccantibus ex corde dimittant. Et qui inlicita commisit, etiam à licitis se abstineat, & corpus affligat jejuniis, vigiliis, & crebris orationibus. Caro enim læta nos ad culpam traxit, afflicta reducit ad veniam.

m per-

im m-

uidam

& vigi

umas

paupepfalte-

rnova

uidam

cussio-

uod in tuerit,

ritad-

rdiam

aqua

o, aut

t, all

palcat.

ies vel

utum-

ies vel

erium

m.

agere

Quomodo possum pænitentiam septem annorum pænitere. Ex distis sansti Bonifacy Episcopi.

CCCCX LVI. Triduana una pro triginata diebus & cantatio psalmorum centum viginti. Pro uno die psalmi quinquaginta, & quinque Pater noster. Pro tribus diebus psalterium unum, & quindecim Pater noster. Item pro uno die tribus vicibus Beati immaculati, & sex Miserere mei Deus, & septuaginta vices prosternat se in terram, & per singulas Pater noster dicat. Item si nescit psalmos, pro uno die prosternat se centum vicibus interram, & per singulas dicat Miserere mei Deus, & Dimitte, Domine, peccata mea. Cantatio unius Missa potest redimere duodecim dies. decem Missa, quatuor menses. viginti Missa, hovem menses. triginta Missa, duodecima

